Episcopos SINGULOS seje extendens.*

2) Votum VALET, si DEUS restitutio-nem juris procarii acceptans, obligationem legi propriam voventi imponit. Hunc enim ef-fectum & *vovens* optat, & *votum* genuinum determinat.

3) Votum ACCEPTAT DEUS , quoties melius est voventem perfecte obligari , quam non obligari perfecte.

4) Cum ergo in omni voto valido inter-veniat ACCEPTATIO DEI, acceptatio OBLI-GATIONEM PERFECTAM importet, obligatio perfecta LEGEM constitutat, penes Ecclesiam vero sit LEGES DIVINAS DECLARARE: sane poterit pro auctoritate sua JUDICIUM FERRE, utrum DEUS vota acceptarit, vel non accepta-rit. En ANALYSIN NOTIONUM usque ad prima principia cum ingenti claritatis emolu-mento, & soliditatis.

5) Porro cum dispensare sit LEGEM TOL-LERE respectu unius, alteriusve personae; Eccle-sia vero leges divinas, ceu immutabiles, tol-tere nequeat: in Votis salvo vocis significatu PROPRIE dispensare nequit.

III.

Praerogativa Primatis Ecclesiae.

§. 52.

Potestas primatis est I. Superior, in ceteros Episcopus SINGULOS sese extendens.

1) FINIS primatus est Unitas Ecclesiæ.

2) NECESSITAS primatus. Sicut unitas Fidei inter fideles requirit consensum fidelium cum Episcopis, ita unitas inter Episcopos requirit consensum cum Primate.

3) EXISTENTIA Superioris Jurisdictionis pars ultima legis fundamentalis completæ.

4) Effectus præcipui sunt

A. Potestas moralis competens Primitatus seu confirmandi, seu rescindendi electionem Episcoporum, & quidem institutione divina &c. .

a) Non tamen ei per se competit ipsa ELECTIO.

b) Et in CONFIRMATIONE MODERAMEN imperii, & fuga DOMINATUS, a Christo per impense commendata, est observanda Porro

c) Nec translatio Episcoporum sine consensu qualicunque Primatis fieri potest.

d) Depositio Episcoporum per se soli Primiati competit, SALVOTAMEN IMPREI MODERAMINE. Tam enim in ELECTIONE quam in TRANSLATIONE, & DEPOSITIONE consensus Primatis ad unitatem conservandam est necessarius.

B. Potestas moralis in secunda instanti judicandi causas fidelium quorumcunque SALVIS ITIDEM MODERATA REGIMINIS FORMÆ REGULIS. Nam primum superioris, alterum moralis potestatis est attributum.

1) FINIS primatus est Unitas Ecclesiae.

- 2) NECESSITAS primatus. Sicut unitas Fidei inter fideles requirit consensum fidelium cum Episcopis, ita unitas inter Episcopos requirit consensum cum Primate.
- 3) EXISTENTIA Superioris Jurisdictionis est pars ultima legis fundamentalis completæ.

4) *Effectus praecipui sunt*

*A. Potestas moralis competens Primati
seu confirmandi, seu rescindendi electionem Episcoporum, & quidem institutione divina &c. ...*

- a) Non tamen ei per se competit ipsa ELECTIO.
- b) Et in CONFIRMATIONE MODERAMEN imperii, & fuga DOMINATUS, a Christo per impense commendata, est observanda
Porro
- c) Nec *translatio Episcoporum* sine consensu qualicunque Primatis fieri potest.
- d) *Depositio Episcoporum* per se soli Primati competit, SALVO TAMEN IMPERII MODERAMINE. Tam enim in ELECTIONE, quam in TRANSLATIONE, & DEPOSITIONE consensus Primatis ad unitatem conservandam est necessarius.

*B. Potestas moralis in secunda instantia
judicandi caussas fidelium quorumcunque SALVIS ITIDEM MODERATAE REGIMINIS FORMAE REGULIS. Nam primum superioris, alterum moralis potestatis est attributum.*

§. 53.

*Potestas Primatis est II. SUPREMA, IN
UNIVERSOS etiam Episcopos se ex aequo exten-
dens.*

1) Si Christus voluisset Primatem cœtui
Episcoporum congregatorum subjicere : *pro
sapientia divinae suæ legislationis id clare in lege
fundamentali exprimere debuisset.*

2) Itaque tradens Petro CLAVES regni
celorum, tradens OVES omnes pascendas,
troncere Petrum debuisset, ut nec clavum ad-
ministrationem supremam, nec ovium curam
aliter exerceret, nisi cum subjectione erga uni-
versum cœtum Apostolorum.

3) Cum ergo hoc monitum in lege funda-
mentalali nuspian legimus; cum porro in lege
fundamentalii, supremi Principis imperii consti-
tuta, quidpiam mutare velle, summa temeri-
tas forez; certum est, *Jurisdictionem Petri ita
esse supremam, ut ea Superior nulla existat.*

* Si Logica secundum omnem rigorem
hanc Demonstrationem examinat, patebit cum
summa certitudine

I. CRITERIUM eorum omnium, quæ ad
institutionem pertinent, ex AUCTORITATE
SOLIUS institutionis petendum esse.

II. Quidquid EX HOC CRITERIO ceu FAL-
SUM evincitur, in nulla hypothesi VERUM esse
posse.

Sainter Nexus.

E

III. In

Philos. cum Theol. Christ. &c. 65

§. 53.

Potestas Primatis est II. SUPREMA, IN
UNIVERSOS etiam Episcopos se ex aequo exten-
dens.

- 1) Si Christus voluisset Primatem coetui
Episcoporum congregatorum subjicere: *pro
sapientia divinae suae legislationis id clare in lege
fundamentalii exprimere debuisse.*
- 2) Itaque tradens Petro CLAVES regni
caelorum, tradens OVES omnes pascendas,
monere Petrum debuisse, ut nec clavium ad-
ministrationem supremam, nec ovium curam
aliter exerceret, nisi cum subjectione erga uni-
versum coetum Apostolorum.

- 3) Cum ergo hoc monitum in lege funda-
mentalii nuspia legimus; cum porro in lege
fundamentalii, supremi Principis imperii consti-
tuta, quidpiam mutare velle, summa temeri-
tas foret; *certum est, Jurisdictionem Petri ita
esse supremam, ut ea Superior nulla existat.*

* Si Logica secundum omnem rigorem
hanc Demonstrationem examinat, patebit cum
summa certitudine

I. CRITERIUM eorum omnium, quae ad
institutionem pertinent, ex AUCTORITATE
SOLIUS institutionies petendum esse.

II. Quidquid EX HOC CRITERIO ceu FAL-
SUM evincitur, in nulla hypothesi VERUM esse
posse.

III. In summe propinquuo erroris periculis
confistere cum, qui in iis, quæ infiltrationis
positivæ sunt, ALIUD AB HAC CRITERIO
adsumat.

IV. Quidquid ultra vim INSTITUTIONIS
& ultra id, quod ex PROPRIO HOC CRITERIO
probari possit, adferatur, id omne non fuisse
CERTITUDINIS gradum nunquam obtinet
posse, sed nec sibi PROBABILITATIS Tunc
lum mereri.

[¶] §. 54.

*Potesias Primatis tamen III. non est immunita
diata in omnes omnium aliorum Episcoporum
subditos.*

1) Et ratio fundamenti, & suprema clavis
vium administratio, & suprema ovium curia
nil aliud exigit, nisi mediatos seu in ædificiis
seu in exercitium Jurisdictionis, seu in Oviis
curam Jurisdictionis supremæ influxus.

2) Mediata Jurisdictione SUFFICIT ad finem
primatus, ad unitatem conservandam.

3) Immediata Jurisdictione Primatis obediens
fini primatus, quia

a) Vel suffocat follertiā inferiorum
Rectorum

b) Vel hos cum Primate non si-
fidelium Scandalō collidit,

c) Vel certe inviūm in tota Ecclesie
Primatus Dominiatum reddit.

4) Pug-

66 Cap. II. Nexus rectae

III. In summe propinquuo erroris periculo consistere eum, qui in iis, quae institutionis positivae sunt, ALIUD AB HAC CRITERIUM adsumat.

IV. Quidquid ultra vim INSTITUTIONIS, & ultra id, quod ex PROPRIO HOC CRITERIO probari possit, adseratur, id omne non solum CERTITUDINIS gradum nunquam obtinere posse, sed nec strictae PROBABILITATIS *Titulum mereri.*

§. 54.

Potestas Primatis tamen III. non est immediata in omnes omnium aliorum Episcoporum subditos.

1) *Et ratio fundamenti, & suprema clavium administratio, & suprema ovium cura* nil aliud exigit, nisi mediatos seu in aedificium seu in exercitium Jurisdictionis, seu in Ovium curam Jurisdictionis supremae influxus.

2) *Mediata Jurisdictio SUFFICIT ad finem, primatus , ad unitatem conservandam.*

3) *Immediata Jurisdictio Primatis obest fini primatus, quia*

a) *Vel suffocat sollertia inferiorum*

b) *Vel hos cum Primate con sine Rectorum fidelium Scandalo collidit.*

c) *Vel certe invisum in tota Ecclesia Primatus Dominatum reddit.*

4) Pugnat immediata Primatis Jurisdictione
cum evidente *Juris Socialis principio*, quod est
hoc: *omnis Jurisdictionis superior est mediata re-
specive ad Jurisdictionis inferioris subditos*: si
quidem utraque sit mere *precaria*, mere *ministerialis*,
utraque ab uno *supremo principe* delegata.
Atque tam *Jurisdictionis Primatis quam Juris-
dictionis Episcoporum*, tam *superior quam infe-
rior*, est ab uno *supremo Principe Iesu Christo*
immediate delegata, utroque respeditum *hujus mere
precaria*, *utraque mere ministerialis*, utraque
cum exclusione dominatus ad mansuetissimi re-
giminis normam exacta.

5) Ipsa multorum Seculorum uniformis
EXPERIENTIA satis ostendit, omnem abusum
pontificiae potestatis in *PRIMATE*, & omnem
eiusdem exaggerationem in *Theologis*, ponti-
ficis sedis fautoribus nimiis, inde exortam esse,
quod potestatem *SUPREMAM* necessario esse im-
mediatam existimarent; cum tamen hodieum
haec propositio, potestas mediata potest esse su-
prema. Et potestas *suprema* potest esse mediata,
cuius *juris socialis principia non omnino igno-
ranti evidens* fit.

6) Sententia haec de mediata Primatis Ju-
risdictione in fideles ceterorum Episcoporum,
quam & legis fundamentalis tenor (1), & fi-
nis primatus (2.3), & evidens *Juris socialis*
principium (4) & constans experientia (5)
comprobatur, UNICE SUFFICIT AD OMNEM JU-
RISDICTIONIS HUJUS EXCESSUM PRÆCA-

4) Pugnat immediata Primatis Jurisdictio
cum evidente *Juris Socialis principio*, quod est
hoc: *omnis Jurisdictio superior est mediata re-*
spective ad Jurisdictionis inferioris subditos: si
quidem utraque sit mere precaria, mere ministeria-
lis, utraque ab uno supremo principe delegata.
Atiqui tam Jurisdictio Primatis quam Juris-
dictio Episcoporum, tam superior quam infe-
rior, est ab uno supremo Principe Jesu Christo
immediate delegata, utraque respectu hujus mere
precaria, utraque mere ministralis, utraque
cum exclusione dominatus ad mansuetissimi re-
giminis normam exacta.

5) Ipsa multorum Seculorum uniformis
EXPERIENTIA satis ostendit, omnem abusum
pontificiae potestatis in PRIMATE, & omnem
eiusdem exaggerationem in Theologis, ponti-
ficiae sedis fautoribus nimiis, inde exortam esse,
quod potestatem SUPREMAM necessario esse im-
mediatam existimarent; cum tamen hodie dum
haec propositio, *potestas mediata potest esse su-*
prema, & potestas suprema potest esse mediata,
cuivis juris socialis principia non omnino igno-
ranti evidens sit.

6) Sententia haec de mediata Primatis Ju-
risdictione in fideles ceterorum Episcoporum,
quam & legis fundamentalis tenor (1), & fi-
nis primatus (2. 3), & evidens Juris socialis
principium (4) & constans experientia (5)
comprobat, UNICE SUFFICIT AD OMNEM JU-
RISDICTIONIS HUJUS EXCESSUM PRAECA-

VENDUM; ut adeo talis Jurisdictionis institutio sapientiam Christi omnino deceat, & quod publicæ Ecclesiæ consular, & potestatis supradictæ limitem constituat.

7) Ex hac ipsa Primatus proprietate, cum sine societatis Christianæ, & ceteris primatus prærogativis conferatur, tria Corollaria consequuntur, quæ quotidiano usui in utraque republica esse possunt.

I. *Omnis Jurisdictionis seu Episcoporum, sed Primatis Ecclesiæ a Christo instituta est tantum SPIRITUALIS.*

° Spiritualitas ergo Jurisdictionis fines potestatis Ecclesiasticas relate ad politicam constituit.

II. *Jurisdictionis Episcoporum est SUBORDINATA POTESTATE MORALI Primatis Ecclesiæ.*

° Subordinatio hæc limitem Jurisdictionis Episcopalis respectu Pontificis efficit.

III. *Jurisdictionis Primatis Ecclesiæ est tum MEDIATA in fideles Totius mundi, eti p IMMEDIATA in ipsos Episcopos.*

° Ecce finis potestatis Pontificis relate ad Episcopalem.



68 Cap. II. Nexus rectae

VENDUM; ut adeo talis Jurisdictionis institutio sapientiam Christi omnino deceat, & quieti publicae Ecclesiae consulat, & potestatis supremae *limitem* constituat.

7) Ex hac ipsa Primatus proprietate, si cum fine societatis Christianae, & ceteris primatus praerogativis conferatur, tria Corollaria consequuntur, quae quotidiano usui in utraque republica esse possunt.

I. *Omnis Jurisdictio seu Episcoporum, seu Primatis Ecclesiae a Christo instituta est tantum*

SPIRITALIS.

* Spiritualitas ergo Jurisdictionis *fines potestatis Ecclesiasticae relate ad politicam constituit.*

II. *Jurisdictio Episcoporum est SUBORDINATA POTESTATI MORALI Primatis Ecclesiae.*

* Subordinatio haec *limitem Jurisdictionis Episcopalis respectu Pontificiae efficit.*

III. *Jurisdictio Primatis Ecclesiae est tantum MEDIATA in fideles Totius mandi, etsi sit IMMEDIATA in ipsos Episcopos.*

* Ecce finis potestatis *Pontificiae relate ad Episcopalem.*


ART. III.

In Tractatu prævio de Locis Theologicis.

CRITERIA VERITATUM
THEOLOGICARUM.

§. 55.

Argumentum, Ordo, & nexus hujus Tractatus. Homo CRISTIANUS per Dem. Evang. Tract. I., CATHOLICUS per Dem. Cath. Tract. II., ut porro Theologiae studium feliciter aggre-
diatur, in hoc III. Tractatu quasi TYRO THEO-
LOGIAE efficitur. Unde *Criteria Veritatis*
Theologicæ ARGUMENTUM hujus tractatus con-
stituunt, ut adeo traditum de locis Theologicis
pro Theologia Christiana Speciali id esse jure
affirmes, quod Logica, seu ars demonstrandi,
pro singulis scientiis esse solet. 2) Ex hoc
ipso nexus criteriorum Theologicorum cum
Theologia innoteſcit. 3) Ordinem Criterion
rum ex ipſa eorum natura repetimus, ita ut
Sacras Scripturas primo, Traditiones altero,
auctoritatem Ecclesiæ tertio, consensum SS.
Ecclesiæ Patrum quarto loco collocemus. 4)
Illud porro notandum, Singula fere Criteria,
si Sacras Scripturas excipio, esse totidem De-
monstrationis Catholicæ corollaria.



ART. III.

In Tractatu praevio de Locis Theologicis.

CRITERIA VERITATUM
THEOLOGICARUM.

§. 55.

Argumentum, Ordo, & nexus hujus Tractatus. Homo CRISTIANUS per Dem. Evang. Tract. I., CATHOLICUS per Dem. Cath. Tract. II., ut porro Theologiae studium feliciter aggre-diatur, in hoc III. Tractatu quasi TYRO THEO-LOGIAE efficitur. Unde *Criteria Veritatis Theologicae* ARGUMENTUM hujus tractatus con-stituunt, ut adeo tractatum de locis Theologicis pro Theologia Christiana Speciali id esse jure affimes, quod Logica, seu ars demonstrandi, pro singulis scientiis esse solet. 2) Ex hoc ipso *nexus* criteriorum Theologicorum cum Theologia innotescit. 3) *Ordinem* Criterion-rum ex ipsa eorum natura repetimus, ita ut sacras Scripturas primo, Traditiones altero, auctoritatem Ecclesiae tertio, consensum SS. Ecclesiae Patrum quarto loco collocemus. 4) Illud porro notandum, Singula fere Criteria, si sacras Scripturas excipio, esse totidem De-monstrationis Catholicae corollaria.

**CRITERIUM THEOLOGICUM
PRIMUM, SACRA SCRIPTURA.**

I.

DIVINITAS SCRIPTURÆ.

§. 56.

I. *Notio distincta divinae Scripturæ.*

1) *Definitio Scripturæ divinae.* Est locutio scripta, per quam Deus, seu illius auctor, intendit homini significare suos conceptus.

a) *Significatio conceptuum suorum* est **NOTA GENERICA** locutionis, & simul scriptioris.

b) *Significatio conceptum per verbos scriptas* est **NOTA INDIVIDUALIS** Scripturæ, prout a sermone articulato differt

c) *Auctoritas DEI constituit notam individualem scripturæ DIVINÆ*

2) *Divisio generalis Scripturæ divinae.* Alia est IMMEDIATE DIVINA, quæ conceptus DEI immediate significat, alia mediate divina, in qua Deus per alium scribere, vel loqui per alium scriptorem dicitur.

3) *Possibilitas diversi influxus auctoritatis divinae in Scripturam.* Scriptio seu actio composita involvit plures actiones partiales componentes. Inque

10

CRITERIUM THEOLOGICUM
PRIMUM, SACRA SCRIPTURA.

DIVINITAS SCRIPTURAE.

I. *Notio distincta divinae Scripturae.*

- 1) *Definitio Scripturae divinae.* Est locutio scripta, per quam Deus, ceu illius auctor, intendit homini significare suos conceptus.
 - a) Significatio conceptuum suorum est NOTA GENERJCA locutionis, & simul scriptio-
 - b) Significatio conceptuum per vo-ces scriptas est NOTA INDIVIDUALIS Scripturae, prout a sermone articulato differt
 - c) Auctoritas DEI constituit notam individualem scripturae DIVINAE
- 2) *Divisio generalis Scripturae divinae.*
Alia est IMMEDIATE DIVINA, quae conceptus DEI immediate significat, *alia mediate divina*, in qua Deus per alium scribere, vel loqui per alium scriptorem dicitur.
- 3) *POSSIBILITAS diversi influxus auctorita-tis divinae in Scripturam.* Scriptio ceu actio composita involvit plures actiones partiales componentes. Itaque

- a) In cognitiones scriptoris,
- b) In voluntatem scriptoris,
- c) In Selectum Verborum,
- d) In ordinem rerum,
- e) In ordinem verborum diverso modo se immiscere poterit divina auctoritas.

4) GRADUS DIVINI INFLUXUS quinque universi possibles sunt.

5) ESSENTIA DIVINÆ SCRIPTURÆ his duabus notis absolvitur:

- a) Voluntas scriptoris a Deo inspirari,
- b) Cognitio scriptoris a Deo dirigi debet, ne erret.

6) Scriptura divina distinguida est a scriptura sacra tunc. Sic scriptura, cui immediata DEI Auctoritas applicatur, differt a scriptura, quæ sine inspiratione voluntatis inscripta, & sine directione cognitionis absoluta, postmodum vero primum divinæ auctoritatis applicatione ab erroris labe immunis declarata est. Prior illa locutio hominis, origine humana, primum applicatione divinæ auctoritatis CONSECRATA dici debet.

7) Ajo, notionem hanc divinæ Scripturæ esse distinctam, quia notas GENERICAS, & INDIVIDUALES (1), divisionem (2), DIVERSITATEM divini influxus (3), GRADUS divini influxus (4), ESSENTIAM omnem, seu notas invariabiles

- a) In *cognitiones* scriptoris,
- b) In *voluntatem* scriptoris,
- c) In *Selectum Verborum*,
- d) In *ordinem rerum*,
- e) In *ordinem verborum* diverso
modo se immiscere poterit divina auctoritas.

5) GRADUS DIVINI INFLUXUS quinque universe possibles sunt.

5) ESSENTIA DIVINAE SCRIPTURAE his duabus notis absolvitur:

- a) *Voluntas scriptoris* a Deo inspi-

ran,

- b) *Cognitio scriptoris* a Deo dirigi
debet, ne erret.

6) Scriptura *divina* distinguida est a scriptura *sacra* tantum. Sic scriptura, cui immediata DEI Auctoritas applicatur, differt a scriptura, quae sine inspiratione voluntatis *inchoata*, & sine directione cognitionis *absoluta*, postmodum vero primum divinae auctoritatis applicatione ab erroris labe immunis *declarata* est. Prior illa locutio hominis, origine humana, primum applicatione divinae auctoritatis CONSECRATA dici debet.

7) Ajo, *notionem hanc divinae Scripturae esse distinctam*, quia notas GENERICAS, & INDIVIDUALES (1), divisionem (2), DIVERSITATEM divini influxus (3), GRADUS divini influxus (4), ESSENTIAM omnem, seu notas invariabi-

les primas divinæ scripturæ (5), denique
NOTAS DIFFERENTIALES inter sacram, & divi-
nam Scripturam (6) accurate exprimit.

§. 57.

II. *Divinitas totius scripturarum unice a
publico universalis Ecclesiæ Judicio cum certi-
tudine ostenditur.*

1) **NUMERUS CRITERIORUM**, quæ ad ostendendam hanc Thesin applicari solent. Cum influxus divinæ auctoritatis FACTUM sit,

a) Vel RATIONE probatur, & quidem seu A PRIORI, ex perfectionibus divinis & necessitate talis facti

b) Seu a POSTERIORI, ex effectu ex notis intrinsecis Scripturarum

c) Vel testimoniis, & AUCTORITATE seu IMMEDIATE DIVINA

d) Seu MERE HUMANA

e) SEU PARTIM HUMANA, ET PARTIM DIVINA.

2) **INSUFFICIENTIA priorum quatuor Criteriorum.**

3) **SUFFICIENTIA ULTIMI CRITERII**, quod est judicium publicum Ecclesiæ, & EXISTEN-
TIA illius.

a) Hoc judicium est UNIVERSALE

b) Est de TOTO CONTEXTU SCRIP-
TURE.

c) Est FALLI NESCIUM,

les primas divinae scripturae (5), denique
NOTAS DIFFERENTIALES inter sacram, & divi-
nam Scripturam (6) accurate exprimit.

§. 57.

II. *Divinitas TOTIUS scripturae UNICE ex publico universalis Ecclesiae Judicio CUM CERTITUDINE ostenditur.*

1) NUMERUS CRITERIORUM, quae ad ostendandam hanc Thesin applicari solent. Cum influxus divinae auctoritatis FACTUM sit,

a) Vel RATIONE probatur, & quidem seu A PRIORI, ex perfectionibus divinis,
& necessitae talis facti

b) Seu a POSTERIORI, ex effectu,
ex notis intrinsecis Scripturae

c) Vel testimoniis, & AUCTORITATE,
seu IMMEDIATE DIVINA

d) Seu MERE HUMANA

e) SEU PARTIM HUMANA, ET PARTIM DIVINA.

2) INSUFFICIENTIA priorum quatuor Criterion.

3) SUFFICIENTIA ULTIMI CRITERII, quod est judicium publicum Ecclesiae, & EXISTENTIA illius.

a) Hoc judicium est UNIVERSALE

b) Est de TOTO CONTEXTU SCRIPTURÆ.

c) Est FALLI NESCIUM.

○ Sicut in priore propositione (§. 56.) omnes Logicæ regulas DE IDEIS PERFECTIS, ita in præsente omnes regulas DE USU CRITERIORUM applicatas videmus, ut etiam in se-
quente.

§. 58.

III. *Scriptura sacra*, prout nunc etiam di-
vinitus scripta extat, non est se sola regula uni-
versæ sufficiens respectu vulgi hominum, ad co-
gnoscenda omnia dogmata religionis, quæ Christus
docuit. Et doceri ab Apostolis omnes homi-
nes voluit.

- 1) Ad cognoscenda hæc dogmata requiri-
tur certa INTELLECTUS scripturarum.
- 2) Ad intellectionem certam consequendam
 - a) *Sensus externus*
 - b) *Sensus communis*
 - c) *Sensus intimus* sunt criteris
OMNINO INEPTA. *Sensus enim genuinus Scri-
ptura non est objectum tali criterio PROPRIMUM,*
- 3) Reliqua vero Criteria duo naturalia
 - a) *Demonstratio*
 - b) *Auctoritas mere humana pro-
pria seu DIFFICILIORA, seu certe INSUFFICIEN-
TIA universæ sunt pro sociis religionis Chri-
stianæ.*
- 4) CRITERIUM SUPERNATURALEM divine re-
velationis seu internæ, seu externæ circa sensum

* Sicut in priore propositione (§. 56.)
omnes Logicae regulas DE IDEIS PERFECTIS,
ita in praesente omnes regulas DE USU CRITERIORUM applicatas videmus, uti etiam in se-

§. 58.

III. *Scriptura sacra, prout nunc etiam divinitus scripta extat, non est se sola regula universe sufficiens respectu vulgi hominum, ad cognoscenda omnia dogmata religionis, quae Christus docuit, & doceri ab Apostolis omnes homines voluit.*

1) Ad cognoscenda haec dogmata requiriatur certa INTELLECTIO scripturarum.

2) Ad intellectionem certam consequendam

a) Sensus externus

b) Sensus communis

c) Sensus intimus sunt criteria

OMNINO INEPTA. Sensus enim genuinus Scripturae non est objectum tali criterio PROPRIUM.

3) Reliqua vero Criteria duo naturalia

a) Demonstratio

b) Auctoritas mere humana pror-

sus seu DIFFICILIORA, seu certe INSUFFICIENTIA universe sunt pro sociis religionis Christianae.

4) CRITERIUM SUPERNATURALE divinae revelationis seu internae, seu externae circa sensum

scripturæ jam NON ADPLICATUR hominibus,
revelationis beneficio jam adjutis.

5) Auctoritas Ecclesie a Spiritu Sancto
directæ sola est criterium SUFFICIENS ad certe
te cognoscenda OMNIA dogmata a Christo repre-
lata pro omnibus Christianis.

§. 59.

IV. Finis DEI inspirantis sacros scriptores non fuit plena Christianorum de universi dogmatis per solas scripturas instruatio, & certa institutio.

1) Scriptura enim præcise TRIPLEM USU obtinet, quatenus a Deo inspirata est.

a) Ut constet de divina institutione Societatis Christianæ, & regimini Ecclesiastici

b) Ut doctrinæ Christianæ in aliis quibus DOGMATIS clare expressis origo divinitus & antiquitas cognoscatur,

c) Ut denique nullus error in FACTIS narrandis committetur, auctoritatique scriptorum nullum circa DOGMATA narranda præjudicium creari inde posset.

2) Hic triplex usus est sapientissimus aëris inspirationis FINIS. Hunc enim usum Deus ordinavit; ergo hunc eundem etiam finem intendit.

3) Cum Scriptura se sola non sit regulæ universæ sufficiens ad plenam, & certam institutio-

74 Cap. II. Nexus rectae

scripturae jam NON ADPLICATUR hominibus,
revelationis beneficio jam adjutis.

5) Auctoritas Ecclesiae a Spiritu Sancto
directae SOLA est criterium SUFFICIENS ad cer-
te cognoscenda OMNIA dogmata a Christo reve-
lata pro OMNIBUS Christianis.

¶

IV. *Finis DEI inspirantis sacros scripto-*
res non fuit plena Christianorum de universis
dogmatis per solas scripturas instructio, & cer-
ta institutio.

1) Scriptura enim praecise TRIPLEM USUM
obtinet, quatenus a Deo inspirata est.

a) Ut constet de divina institutione
Societatis Christianae, & regiminis Ecclesiastici,
b) Ut doctrinae Christianae in ali-
quibus DOGMATIS clare expressis *orgio divina,*
& antiquitas cognoscatur,
c) Ut denique nullus error in
FACTIS narrandis committeretur, auctoritatique
scriptorum nullum circa DOGMATA narranda
praejudicium creari inde posset.

2) Hic triplex usus est *sapientissimus di-*
vinae inspirationis FINIS. Hunc enim usum
Deus obtinuit; ergo hunc eundem ceu finem
intendit.

3) Cum Scriptura se sola non sit regula
universe sufficiens ad plenam, & certam institu-

tiocem Christianorum, hæc plena institutio
per solas scripturas non potuit esse finis *DEI*
inspirantis. Sapientia enim divina nullum sibi
finem præfigit, nisi quem *Voluntas* efficaciter
desideret, & quem *potentia* feliciter consequatur,
prout a sola *DEI Voluntate* pnodeat.

4) *Ex fine* inspirationis divine *GRADUS*
eiusdem intelligitur. Finis enim imperatusum
mediorum. Atqui *Scriptura* inspirata non nisi
rationem medii ad finem præfixum habet.

a) *In SS. literis multa continentur,*
que *DEUS ipse immediate revelavit.*

b) *DEUS ut plurimum non ipse*
immediate in SS. literis loquitur, sed scriptores
loqui permittit

c) *SS. scriptores plura narrant.*
que vel *ipsis non revelata, vel non sub ipsa*
scriptione.

d) *Deus scriptoribus scribenda non*
dictavit de verbo ad verbum, sed verba, ver-
borum ordinem, dictationem, Stylum, quod salva
veritate fieri poterat, scribentium ingenio reli-
quit.

5) *Ex hoc fine explicantur varie adpa-*
rentes scripturarum imperfectiones, quales sunt

a) *Nullum certum commune Consilium*
allicujus Systematis in proponenda uni-
versa doctrina,

b) *Adparentes antilogiae in rela-*
tione tum factorum, tum dogmatum,

c)

tionem Christianorum, haec plena institutio per solas scripturas *non potuit esse finis DEI inspirantis*. *Sapientia enim divina nullum fibi finem praefigit*, nisi quem *Voluntas efficaciter desideret*, & quem *potentia feliciter consequatur*, prout a sola DEI Voluntate pendeat.

4) Ex FINE inspirationis divinae GRADUS ejusdem intelligitur. Finis enim imperat usum mediorum. Atqui Scriptura inspirata non nisi rationem medii ad finem praefixum habet.

a) *In SS. literis multa continentur, quae DEUS ipse immediate revelavit.*

b) *DEUS ut plurimum non ipse immediate in SS. literis loquitur, sed scriptores loqui permittit.*

c) *SS. scriptores plura narrant, quae vel ipsis non revelata, vel non sub ipsa scriptione.*

d) *Deus scriptoribus scribenda non dictavit de verbo ad verbum, sed verba, verborum ordinem, dictionem, Stylum, quoad salva veritate fieri poterat, sribentium ingenio reli-*

5) *Ex hoc fine explicantur variae adparentes scripturarum imperfectiones, quales sunt*

a) *Nullum certum commune Consilium alicujus Systematis in proponenda universa doctrina.*

b) *Adparentes antilogiae in relatione tum factorum, tum dogmatum,*

c) *Citationes* aliorum Scripturæ locorum valde incompletæ.

Jam vero hæ omnes imperfectiones aptitatem medii ad finem minime evertunt; ergo sub conceptu finis cessant esse VERAE IMPERFECTIONES.

* Claritatis summus gradus hac in re continetur ex Ontologica inquisitione

a) *Finium, & Mediorum*

b) Ex notione veræ, & ad partis imperfectionis.

II.

De Canone divinarum scripturarum: & Autoritate Editionis Vulgatae.

§. 60.

I. *Canon Judæorum, & Catholicorum.*

1) *Notio Canonis ex usu Ecclesiæ.*

2) *Libri in canone Judæorum contenti.*

3) *Libri protocanonici in canone Catholicorum.*

4) *Libri deutero canonici.*

a) Nec *Christus*, nec *Apostoli* distincte testati sunt de aliquo determinato integrō canone scripturarum:

b) Ergo *soli* *Ecclesiæ* *judicio* possumus esse certi de divinitate omnium librorum alicujus canonis.

c) *Tali*

c) *Citationes* aliorum Scripturae locorum valde incompletae.

Jam vero hae omnes imperfectiones aptitudinem medii ad finem minime evertunt; ergo sub conceptu finis cessant esse VERAE IMPERFECTIO-
NES.

* Claritatis summus gradus hac in re ob-
tinetur ex Ontologica inquisitione

- a) *Finium, & Mediorum*
- b) *Ex notione verae, & adparen-
tis imperfectionis.*

II.

*De Canone divinarum scripturarum,
& Auctoritate Editionis Vulgatae.*

I. *Canon Judaeorum, & Catholicorum.*

- 1) *Notio Canonis ex usu Ecclesiae.*
- 2) *Libri in canone Judaeorum contenti.*
- 3) *Libri protocanonici in canone Catho-
licorum.*
- 4) *Libri deuterocanonici.*
 - a) *Nec Christus, nec Apostoli distincte testati sunt de aliquo determinato integro canone scripturarum:*
 - b) *Ergo solius Ecclesiae judicio possumus esse certi de divinitate omnium librorum alicujus canonis.*

c) *Tale iudicium est solum illud publicum, & decretorum Tridentini Concilii iudicium scil. IV.*

d) *Fundamentum hujus Judicij est iudicium particularium Ecclesiarum, praesertim Romanarum, earumque consensus valde communis a tempore Concilii Florentini.*

§. 61.

II. *Canon Acatholicorum.*

1) *Diversitas ejusmodi Canonum.*

2) *Argumenta D. D. Protestantium.*

§. 62.

III. *Facta historica ad authentiam Vulgate pertinentia.*

1) *Originalia exempla scripturarum.*

bus Epochis.
a) *Textus hebraicus* consideratur tri-

b) *Græcus Textus Originalis,*

c) *Samaritanus Textus Pentateuchi.*

2) *Chaldaica Paraphrasis.*

a) Targum Babylonicum.

b) Targum Jerosolymitanum.

Versiones.

a) *Syriaca.*

b) *Græca.*

Septuaginta duorum.

Aliæ octo Versiones,

c) *Latinae*

- c) *Tale judicium est solum illud publicum, & decretorum Tridentini Concilii judicium ses. IV.*
- d) *Fundamentum hujus Judicii est judicium particularium Ecclesiarum, proesertim Romanae, earumque consensus valde communis a tempore Concilii Florentini.*

§. 61.

II. *Canon Acatholicorum.*

- 1) *Diversitas ejusmodi Canonum.*
- 2) *Argumenta D. D. Protestantium.*

§. 62.

III. *Facta historica ad authentiam Vulgate pertinientia.*

- 1) *Originalia exempla scripturarum.*
 - a) *Textus hebraicus* consideratur tribus Epochis.
 - b) *Graecus Textus Originalis,*
- c) *Samaritanus Textus Pentateuchi.*
- 2) *Chaldaica Paraphrasis.*
 - a) *Targum Babylonicum.*
 - b) *Targum Jerosolymitanum.*

Visiones.

 - a) *Syriaca.*
 - b) *Graeca.*

*Septuaginta duorum,
Aliae octo Visiones.*

c) Latinae pene innumeræ, inter
quas una communior vulgata.

4) *Judicium Tridentini* sess. IV. c. 2.

a) Vulgatam declarat authenticam
ad probanda DOGMATA.

b) In reliquis, ne quis temere eam
quovis praetextu rejiciat, PROHIBET.

c) Hoc iudicium est erroris expeditum.

d) Nititur unice fiducia divinæ pro-
videntiae, & promissionis a Christo factæ.

e) Hoc Judicium est unice sufficiente
medium fideles de genuina versione certos fructus
ciendi saltem circa dogmata.

f) *Usus* fontium hebraicorum, &
græcorum conformis *Judicio Ecclesiæ* esse debet.

III.

De sensu Scripturarum Vario.

§. 63.

Sensus I. Scripturæ literalis, & personalis.

1) SENSUS SCRIPTURÆ est tam CONCEPTUS
per voces scriptas expressus, quam RES IPSAS
per eundem cogitatae.

2) Notio hæc supponit ex Logica naturam
vocis, seu signi arbitrarii, quod & conceptum
scribentis, & res ipsas conceptui substantes ex-
primit.

2) See

78 Cap. II. Nexus rectae

c) *Latinae* pene innumerae, inter
quas una communior vulgata.

4) *Judicium Tridentini* sess. IV. c. 2.

a) Vulgatam *declarat* authenticam
ad probanda DOGMATA.

b) In reliquis, ne quis temere eam
quovis praetextu rejiciat, PROHIBET.

c) Hoc judicium est *erroris expers.*

d) Nititur unice siducia divinae pro-
videntiae, & promissionis a Christo factae.

e) Hoc Judicium est *unice sufficiens*
medium fideles de genuina versione certos fa-
ciendi saltem circa dogmata.

f) *Usus* fontium hebraicorum, &
graecorum conformis Judicio Ecclesiae esse debet.

III.

De sensu Scripturarum Vario.



Sensus I. Scripturae literalis, & personalis.

1) SENSUS SCRIPTURAE est tam CONCEPTUS
per voces scriptas expressus, quam RES IPSAE
per eundem cogitatae.

* Notio haec supponit ex Logica naturam
VOCIS, seu signi arbitrarii, quod & conceptum
scribentis, & res ipsas conceptui substantes ex-
primit.

2) *Sensus Scripturæ* jam consideratur cum relatione ad *vim significativam*, jam cum relatione ad *conceptum*, & intentionem auctoris scripturæ.

a) *Sensus, quatenus vocibus scriptis exprimitur, LITERALIS,*

b) *Quatenus ab auctore scripturæ mente CONCEPTUS, & ejus significatio scriptio-ne intenta est, PERSONALIS dicitur.*

3) *FUNDAMENTUM hujus diversitatis patet ex ipsis notis partialibus integrum scriptionem conscientibus, quales sunt.*

a) *VIS SIGNIFICANDI institutione humana vocibus competens,*

b) *COGITATIO de re significanda,*

c) *RES IPSA significati subjecta,*

d) *INTENTIO SCRIPTORIS rem, & cogitationem ita exprimendi.*

§. 64.

Sensus PERSONALIS II. in sacris Scripturis duplex, DEI inspirantis, & ipsius scriptoris.

1) *Scripturæ enim sacrae plerumque tan-tum MEDIATE DIVINÆ SUNT, quia Deus*

a) plerumque non immediate loqui-

b) sed ipsos scriptores immediate loqui permittit,

c) ita

2) Sensus Scripturae jam consideratur cum relatione ad *vim significativam*, jam cum relatione *ad conceptum*, & intentionem auctoris scripturae.

a) Sensus, quatenus VOCIBUS SCRIP-
TIS exprimitur, LITERALIS,

b) Quatenus ab auctore scripturae
mente CONCEPTUS, & ejus significatio scriptio-
ne intenta est, PERSONALIS dictur.

3) FUNDAMENTUM *hujus diversitatis* patet
ex ipsis notis partialibus integrum scriptionem
considentibus, quales sunt.

a) VIS SIGNIFICANDI institutione
humana vocibus competens,

b) COGITATIO de re significanda,

c) RES IPSA significatiui subjecta,

d) INTENTIO SCRIPTORIS rem, &
cognitionem ita exprimendi.

§. 64.

Sensus PERSONALIS II. in sacris Scripturis

duplex, DEI inspirantis, & ipsus SCRIPTO-

1) Scripturae enim sacrae plerumque tan-
tum MEDIATE DIVINAE SUNT, quia Deus

tur,
a) plerumque *non immediate* loqui-

b) sed ipsos *scriptores immediate*
loqui permittit.

c) ita tamen, ut voluntatem scribendi inspiret, & cognitionem, ne erret, dirigat.

2) si Deus tantum DIRIGIT scriptores, & hi IMMEDIATE LOQUUNTUR, distingendum est.

a) Sensus PERSONALIS DEI, &

b) sensus PERSONALIS SCRIPTORIS.

§. 65.

III. Diversus nexus inter sensum literalem, sensum personalem scriptoris, & sensum personalem DEI.

1) *Sensus personalis scriptoris sacri id est esse debuit cum aliquo sensu personali DEI.* Secus scriptio ejusmodi sensus non fuisset a Deo inspirata,

2) Et cum sensu LITTERALI. Secus Descriptionem, id est, literalem expressionem, quam serio intendit, non obtinueret.

3) *Sensus personalis DEI FOECUNDIOR* potuit, quam sensus personalis Scriptoris Script. Sicut enim CONCEPTUS DEI de quavis veritate distinctissimus est, quo eum revelans homini, alium in hoc, quam ex parte confusum conceptum determinet: ita Eadem LITERALIS EXPRESSIO longe aliquid amplius ex mente Domini exprimere potest, quam homo scribens intendit.

4) Ut tamen sensus quicunque divisa Scriptura ex vero tribui possit, literali ejusdem sensu

Cap. II. Nexus rectae

- c) ita tamen, ut *voluntatem* scribendi inspiret, & *cognitionem*, ne erret, dirigat.
- 2) si Deus tantum DIRIGIT scriptores, & hi IMMEDIATE LOQUUNTUR, distinquendus est.
- a) Sensus PERSONALIS DEI, &
 - b) sensus PERSONALIS SCRIPTORIS.

§. 65.

III. *Diversus nexus inter sensum literalem, sensum personalem scriptoris, & sensum personalem DEI.*

- 1) *Sensus personalis scriptoris sacri idem esse debuit cum ALIUO sensu personali DEI.* Secus scriptio ejusmodi sensus non fuisset a Deo inspirata,
- 2) Et *cum sensu LITTERALI.* Secus Deus scriptionem, id est, literalem expressionem, quam serio intendit, non obtinueret.
- 3) *Sensus personalis DEI FOECUNDIOR esse potuit, quam sensus personalis Scriptoris Sacri.* Sicut enim CONCEPTUS DEI de quavis veritate distinctissimus est, quia eum revelans homini, alium in hoc, quam ex parte confusum conceptum determinet: ita EADEM LITERALIS EXPRESSIO longe aliquid amplius ex mente DEI exprimere potest, quam homo scribens intendit.

4) *Ut tamen sensus quiscumque divinus Scripturae ex vero tribui possit, literali ejusdem*

sensu contineri, & vi significandi exprimi debet.
Nihil enim Scripturæ tribui potest cū SIGNIFI-
CATUM, quod non ab ea SIGNIFICETUR.

¶ In duobus ultimis adseritis cum eviden-
tia ostenditur POSSIBILITAS intrinseca alicujus
sensus, quem RES exprimunt, ab eo diversi,
quem VERBA exprimunt. Sed ipsam ejus exi-
stentiam facile comprobamus.

§. 67.

IV. Datur in Scripturis sacris sensus, quem
per ipsorū sensu literali expressioꝝ, cū figuræ sig-
nificandi vi prædictæ, exprimunt.

1) Pleraque in lege veteri, positiva institu-
tione legibus naturalibus superaddita, ordina-
tio Deus, ut præsignificarent ea,

- a) quæ in LEGE GRATIA inde ab ad-
ventu Messiae essent eventura,
- b) quæ justis in ALTERA VITA eveni-
rent,
- c) quæ Deus in hac vita fieri a JE-
SUS vellet,

2) Cum eadem vi significandi posteriora
duo significata (b. c.) ordinavit DEUS omnia,
que etiam in lege gratia mere positiva sunt.
Nam

- a) inest omnibus iis rebus APTITU-
DO MULTIPLEX ad isthac significata præfiguran-
da. Inest illis capacitas AD HUNC USUM.
- b) At-

sensu contineri, & vi significandi exprimi debet.

Nihil enim Scripturae tribui potest ceu SIGNIFICATUM, quod non ab ea SIGNIFICETUR.

* In duobus ultimis adsertis cum evidētia ostenditur POSSIBILITAS intrinseca alicujus sensus, quem RES exprimunt, ab eo diversi, quem VERBA exprimunt. Sed ipsam ejus existentiam facile comprobamus.

§. 67.

IV. *Datur in Scripturis sacris sensus, quem res ipsae sensu literli expressae, ceu figurae significandi vi praeditae, exprimunt.*

1) Pleraque in lege veteri, positiva institutione legibus naturalibus superaddita, ordinavit Deus, ut praesignificant ea,

a) quae in LEGE GRATIAE inde ab adventu Messiae essent eventura,

rent,
b) quae justis in ALTERA VITA eveni-

c) quae Deus *in hac vita* fieri a JU-

ミサ

2) Cum eadem vi significandi posteriora duo significata (b. c.) ordinavit DEUS omnia, quae etiam in lege gratiae mere positiva sunt.
Nam

a) inest omnibus iis rebus APTITUDO MULTIPLEX ad isthaec significata praefiguranda. Inest illis capacitas AD HUNC USUM.

b) Atqui Deus INTENDIT OMNIS
BONUM USUM , cuius res creatæ capaces sunt.

° Demonstratio hæc a posteriori rerum Analogiam , & a priori Sapientiam DEI , bonos rerum usus cognoscentis , & Bonitatem eos ipsos ceu media ad finem subordinantis ei Theologia naturali (§. 579. 587.) supponit.

3) Deus non solum ORDINANDO intendit bonum usum rerum istarum , sed & INSPIRANS sacros scriptores intendit significationem iustitiae triplicis significati per illas ipsas res scriptas expressas . Secus hoc ipso non omnem bonum usum omni efficacia intendisset.

* Sensum , quem res expressæ significant: MYSTICUM , quem verba , LITERALEM Catholici Doctores appellant. Quod si quis in hac ratione nescio quid absurdii deprehendere sibi (ratione sufficiente) videatur , nomine abstinentiam rem defendat. VERITATEM quærimus , de ratiōnibus nil pugnamus. Porro omnis evidenter quam hac in questione assequi licet , ratio repetenda est ex illa divisione sensus scripturæ in literalem , ac personalem , & personalis in personalem DEI inspirantis , & sacri Scriptoris , item ex evidenti Theologiae Naturali principio , quod veritatis stabiliendæ modum securum , & facilem suppeditabat.

§. 68.

V. CRITERIUM sensum literalem , & Myſticum dignoscendi.

i) Aliud

b) Atqui Deus INTENDIT OMNEM

BONUM USUM, cuius res createae capaces sunt.

* Demonstratio haec a posteriori rerum Analogiam , & a priori Sapientiam DEI, bonos rerum usus cognoscentis, & Bonitatem eos ipsos ceu media ad finem subordinantis ex Theologia naturali (§. 579. 587.) supponit.

3) Deus non solum ORDINANDO intendit bonum usum rerum istarum, sed & INSPIRANDO sacros scriptores intendit sigificationem istius triplicis significati per illas ipsas res scriptione expressas. Secus hoc ipso non omnem bonum usum omni efficacia intendisset.

* Sensem, quem res expressae significant, MYSTICUM, quem verba, LITERALEM Catholici Doctores adpellant. Quod si quis in hac voce nescio quid absurdii deprehendere sibi (sine ratione sufficiente) videatur, nomine abstineat, rem defendat. VERITATEM quaerimus, de VOCIBUS nil pugnamus. Porro omnis evidentiae, quam hac in quaestione assequi licet, ratio repetenda est ex illa divisione sensus scripturae in *literalem*, ac *personalem*, & personalis in in *personalem* DEI inspirantis, & sacri Scriptoris, item ex evidenti *Theologiae Naturalis principio*, quod veritatis stabiendi modum securum, & facilem suppeditabat.

¶ 68

V. CRITERIUM sensum literalem, & *Mysticum dignoscendi*.

1) Aliud est *sensus mysticus*, aliud *Metaphoricus*. Metaphoricus enim & ipse literalis est, quia ipsa *VERSA* licet significatu improprio sunt signa rerum. Contra in mystico *RES IPSAE* per verba expressae novi signi rationem habent. Unde

2) *Sensus literalis nunc est proprius, nunc est metaphoricus.*

° Liceat hic errorem commemorare, quo multi sensum mysticum confundunt cum metaphorio. Sic v. g. cum legunt, Petrum a Christo **FUNDAMENTUM** appellari, ovium **CURAM** accipere, **CLAVIUM** administrationem ipsi delegari, ex his textibus, clamant, probari nihil. Sunt enim mystici, sunt obscuri. At imprimis falsum est, ullum sensum **MYSTICUM** hic intervenire. **VEREA** enim **ceu signa, impropria licet, non ipsae RES per verba significatae sensum exprimunt.** Ergo sensus hic literalis omnino est, licet metaphysicus. Aequi falsum est, hunc sensum **OBSCURUM esse.** Nam in quavis **Metaphora**, ut dicto veritas constet, punctum similitudinis observandum est, & a loquente, & a legente. Quid ergo clarius his verbis?

„ Petre ! tu es id Ecclesiae meæ, quod fundamentum ædificio. „ Quis nescit, fundamento omnem aedificii soliditatem inniti.

3) *Sensus literalis non nisi ex VERBIS, foto CONTEXTO, & circumstantiis universis, quo scriptorem comitantur, immediate dignosci potest.*

1) Aliud est *sensus Mysticus*, aliud *Metaphoricus*. Metaphoricus enim & ipse literalis est, quia ipsa VERBA licet significatu improprio sunt signa rerum. Contra in mystico RES IPSAE per verba expressae novi signi rationem habent.
Unde

2) Sensus literalis nunc est *proprius*, nunc est *metaphoricus*.

* Liceat hic errorem commemorare, quo multi sensum mysticum consundunt cum metaphorico. Sic v. g. cum legunt, Petrum a Christo FUNDAMENTUM adpellari, ovium CURAM accipere, CLAVIUM administrationem ipsi delegari, ex his textibus, clamant, probari nihil. Sunt enim mystici, sunt obscuri. At in primis falsum est, ullum sensum MYSTICUM hic intervenire. VERBA enim ceu signa, impropria licet, non ipsae RES per verba significatae sensum exprimunt. Ergo sensus hic literalis omnino est, licet metaphysicus. AEque falsum est, hunc sensum OBSCURUM esse. Nam in quavis Metaphora, ut dicto veritas constet, punctum similitudinis observandum est, & a

verbis? *loquente, & a legente.* Quid ergo clarius his

„Petre! tu es id Ecclesiae meae, quod fundamentum aedificio. „Quis nescit, fundamento omnem aedificii soliditatem inniti.

3) *Sensus literalis nonnisi ex VERBIS, toto CONTEXTU, & circumstantiis universis, quae scriptorem comitantur, immediate dignosci pos-*

texti. Sensos enim est significatum, verba, contextus, & singula adjuncta constituant signum.

4) Sensos Mysticus ex terum Analogia PROBABILITER, centro solum ex aliis Scripturis locis illum clare contestantibus, & ex publico Ecclesiæ judicio dignosci potest. Unde constat quantur.

5) REGULÆ pro sensu literali hermeneuticæ CRISIS de regulis pluribus evidenter falsis, alioquin statui solitis, ac REGULÆ de usu sensus mysticæ.

CRITERIUM THEOLOGICUM SECUNDUM, TRADITIONES.

§. 69.

EXTITERE I. Traditiones divinæ in veteri, & novo Testamento.

1) Notio traditionis in genere.

2) Notio traditionis sacræ.

3) Divisio traditionis sacræ in Divinas,
Ecclesiasticas,
Apostolicas.

4) Existentia traditionum divinarum.

a) In veteri Testamento omnia dogmata fidei primitus revelata usque ad Moysen vivâ voce propagata sunt.

b) In novo Testamento Ecclesia primum fundata est traditionibus divinis, non Scripturis.

5) Necessitate

84 Cap. II. Nexus rectae

test. Sensus enim est SIGNIFICATUM, verba, contextus, & singula adjuncta constituunt SIGNUM.

4) Sensus Mysticus ex terum Analogia

PROBABILITER, CERTO solum aliis *Scripturae* locis illum clare contestantibus, & ex publico *Ecclesiae* judicio dignosci potest. Unde conse-

quuntur
5) REGULAE *pro sensu literali hermeneuticae*,
CRISIS de regulis pluribus evidenter falsis, alias
statui solitis, ac REGULAE *de usu sensu mystici*.

CRITERIUM THEOLOGICUM

SECUNDUM, TRADITIONES.



EXTITERE I. *Traditiones divinae in veteri, & novo Testamento.*

1) *Notio traditionis in genere.*

2) *Notio traditionis sacrae.*

3) *Divisio traditionis sacrae in Divinas.*

Ecclesiasticas.

Apostolicas.

4) *Existentia traditionum divinarum.*

- a) In veteri Testamento omnia dogmata fidei primitus revelata usque ad Moysen viva voce propagata sunt.
- b) In novo Testamento Ecclesia *primum fundata* est traditionibus divinis, non Scripturis.

5) *Necessitas traditionum divinarum,*

a) propter *Mysteria fidei,*

b) Propter *leges,* quas securi *Eclesia* declarare cum certitudine non posset,
& quas sine declaratione authentica ex *Scripturis* intelligere non possemus.

6) *TESTIMONIA Apostolorum de traditionibus divinis.*

7) *SENSUS perpetuus Ecclesiae de traditionibus divinis PUBLICUS,*

8) *Sensu Ecclesiae UNIVERSALIS SOLENNIS in Tridentino Concilio manifestus.*

* Cum Traditio divina FACTUM sit, aliis
trieris ejusdem existentia demonstrari nequit,
quam ex *historia V. T.*

ex *Testimonio Apostolorum.*

ex *Sensu Ecclesiae publico & solenni, &*
relictae ex Necessitate talium Traditionum.

§. 70.

*H. Ecclesia certum iudicium ferre potest,
quoniam Traditiones vere divinæ sunt.*

1) *Si semel certo constat, traditiones esse
divinas, pari cum S. Scripturis reverentia ve-
nerandas sunt.*

a) *Si vere divinæ sunt, immediata
DEI locutione prolatæ sunt.*

b) *Locutio DEI immediata saltem
aque magnam reverentiam meretur, ac media-
ta in Scripturis.*

5) *Necessitas traditionum divinarum,*

a) propter *Mysteria fidei,*

b) Propter *leges*, quas secus EC-CLESIA declarare cum certitudine non posset,
& quas sine declaratione authentica ex solis
SCRIPTURIS intelligere non possemus.

6) TESTIMONIA Apostolorum de traditioni-



7) SENSUS perpetuus Ecclesiae de traditionibus divinis PUBLICUS,

8) *Sensus Ecclesiae UNIVERSALIS SOLENNIS* in Tridentino Concilio manifestus.

* Cum Traditio divina FACTUM sit, aliis criteriis ejusdem existentia demonstrari nequit,
quam ex *historia V. T.*
ex *Testimonia Apostolorum.*
ex *Sensu Ecclesiae publico & solenni, &*
reflexe ex *Necessitate talium Traditionum.*

§.70.

II. *Ecclesia certum judicium ferre potest,*
quaenam Traditiones vere divinae sint.

1) *Si semel certo constet, traditiones esse*
divinas, pari cum S. Scripturis reverentia ve-
nerandae sunt.

a) Si vere divinae sunt, *immediata*
DEI locutione prolatae sunt.

b) Locutio DEI immediata saltem
aeque magnam *reverentiam* meretur, ac media-
ta in Scripturis.

* Hanc notam multi negligebant in Traditionum divinarum natura explicanda. Certe Scripturæ plerunque mediatum, Traditiones divinæ semper immediatum Auctorem Deum habent.

c) Locutio DEI immediata veritatis divinas pro objecto habet.

2) Atqui Ecclesia omnes veritates revelatas declarare JUDICIO INFALLIBILI potest, id quod LEGE FUNDAMENTALI expressum est.

§. 71.

III. Existencia traditionum Apostolicarum & Ecclesiasticarum, earumque a divinis discrepantia.

1) POTESTAS ejusmodi Regulas constitutendi est itidem lege fundamentali comprehensa, quatenus potestas legislatrix propriæ Christo est instituta.

2) REGULÆ in exercenda haec potestate observandæ sunt rationes possibilitatis omnibus legibus communes.

3) EXISTENTIA ejusmodi Traditionum illorum ex propriis criteriis ostenditur.

4) DIFFERENTIA.

a) Divinæ Traditiones INVARIABILES, Apostolicæ, & Ecclesiasticae sunt VARIABILES.

b) CRITERIA traditiones inter se discernendi itidem differunt, sicut natura Traditionum.

* Hanc notam multi negligebant in Traditionum divinarum natura explicanda. Certe Scripturae plerumque mediatum, Traditiones divinae semper immediatum Auctorem Deum habent.

- c) Locutio DEI immediata veritates divinas pro OBJECTO habet.
2) Atqui Ecclesia omnes veritates revelatas declarare JUDICIO INFALLIBILI potest, id quod LEGE FUNDAMENTALI expressum est.

§.1.

III. *Existentia traditionum Apostolicarum, & Ecclesiasticarum, earumque a divinis discrepantia.*

- 1) POTESTAS ejusmodi Regulas constituenti est itidem lege fundamentali comprehensa, quatenus potestas legislatrix propria a Christo est instituta.
2) REGULAE in exercenda hac potestate observndae sunt rationes possibilitatis omnibus legibus communes.
3) EXISTENTIA ejusmodi Traditionum iterum ex propriis criteriis ostenditur
4) DIFFERENTIA.
a) Divinae Traditiones INVARIABILES, Apostolicae, & Ecclesiasticae sunt VARIA-
BILES.
b) CRITERIA traditiones inter se discernendi itidem differunt, sicut natura tra-
ditionum.

summa eorum, quæ de traditionibus cum utilitate proferuntur, se reducit ad existentiam (I), ad auctoritatem (II), ad eorum differentiam (III) definendam.

CRITERIUM THEOLOGICUM TERTIIUM, ECCLESIA CHRISTI.

I.

AUCTORITAS ECCLESÆ CHRISTI.

§. 72.

Ecclesia Christi habet I. in suis testimoniorum regulis fidei, quæ secundum legem fundamentalē edit, auctoritatem vere divinam.

1) *Notio absolutissima Ecclesiae Christi.*

Est a) *Societas hominum in Christum Deum hominem vere credentium,*

b) & *receptione Baptismi se divina ejus lege obligatos externe profitentium*

c) *ad communem aeternam salutem mediis communibus,*

d) id est, *ejusdem legis, ejusdem fidei, corundem Sacramentorum COMMUNIONE.*

e) *sub OBEDIENTIA Rectorum Ecclesie, & supremi Christi Vicarii — querendam, & promovendam.*

¶ *Ostendo jam huic definitioni addi nihil, nihil detrahi posse. Requiritur enim, ut quis membrum Ecclesiae sit,*

* SUMMA eorum, quae de traditionibus cum utilitate proferuntur, se reducit ad existentiam (I), ad auctoritatem (II), ad earum differentiam (III) definiendam.

CRITERIUM THEOLOGICUM

TERTIUM, ECCLESIA CHRISTI.

AUCTORITAS ECCLESIAE CHRISTI.

Ecclesia Christi habet I. in suis testimoniis de regulis fidei, quae secundum legem fundamentalē edit, auctoritatem vere divinam.

1) *Notio absolutissima Ecclesiae Christi.*

Est a) *Societas hominum in Christum Deum hominem vere credentium,*

b) & *receptione Baptismi se divina ejus lege obligatos externe profitentium*

c) ad *communem aeternam salutem*

mediis communibus,

d) id est, ejusdem legis, ejusdem fidei, eorundem Sacramentorum COMMUNIONE.

e) SUB OBEDIENTIA Rectorum Ecclesiae, & supremi Christi Vicarii - quaerendam, & promovendam.

tingentia rerum naturalium. Haec enim vi
notionis jam presupponit *libertatem DEI*,
quae in quaestione de *illius existentia* supponi
non potest.

b) EXISTENTIAM Entis a se po-

tius a *mutabilitate animae humanae*, quam *mun-*
di totius *saltem in ipso limine Demonstrationis*
desumendam esse. Nam de mutationibus men-
tis humanae EVIDENTIA summa, de mutatio-
nibus mundi CERTITUDO tantum cognitioni
nofrae inest: dein etsi quidam satis stolidi qui-
dem, de *existentia mundi* dubitare se prosite-
rentur, de *mentis* tamen propriae existentia du-
bium, ceu de veritate omnino evidentissima,
nulli adhuc incidit.

2) *Demonstrationem Entis a se, aliquo in-*
tellectu, & potentia instructi, probe discernen-
dam esse a Demonstratione DEI, ceu infinito
intellectu, & infinita potentia praediti. Haec
enim Demonstratio a posteriori ABSOLVI non
potest, nisi cum Demonstratione a priori qua-
si in unam alveum confluat. Haec triplex re-
flexio eo profundius perpendenda, quia a *pri-*

*maria Veritatis Demonstratione omnem defec-
tum removet, qui, etiam si foret minimus,
in dogmate tamen omnium principiis suis sat in-
faustis non careret effectibus.*

3) *SCRIPTURA* in hisce primis principiis
duplicem usum habet,

a) ut rationem ad veritatem DEMONSTRANDAM quasi manuducat (*Joh. 7. 27.*),

b) ut veritate jam DEMONSTRATA
consensio generalis Scripturæ, & rationis in-
notescat,

4) *AUTORITAS PATRUM* eundem plane
usum habet,

a) ut rationem quasi manuducat
ad evolvendas sensus communis singulas notas,
cum totidem veræ demonstrationis principia;
singula enim Patrum judicia de hac veritate
sunt totidem sensus communis TESTIMONIA:

b) Ut evolotris idcirco, sensus communi-
nit judicia componentibus, patet consensio
publica inter sensum communem, & rationem
diffinire cogitantem.

° Sensus communis naturæ, & Demon-
stratio fere non differunt inter se, nisi uti dif-
ferunt Logica naturalis, & artificialis.

5) *Analysis utriusque Demonstrationis.* Il-
la a POSTERIORI supponit

a) EX ONTOLOGIA NOTIONEM en-
tis mutabilis, entis a se, entis ab alio, ordinis,
PRINCIPIA de ratione sufficientissima modifica-
tione Nexus.

H tionum,

*mariae Veritatis Demonstratione omnem defec-
tum removet, qui, etiamsi foret minimus,
in dogmate tamen omnium principe suis sat in-
faustis non careret effectibus.*

- 3) **SCRIPTURA** in hisce primis principiis
duplicem USUM habet.
a) ut rationem ad veritatem DEMONSTRANDAM quasi manuducat (§§. 7. 27.),
b) ut veritate jam DEMONSTRATA
^{notescat} consensio generalis Scripturae, & rationis in-

- 4) **AUCTORITAS PARTUM** eundem plane
usum habet,

a) ut rationem quasi manuducat
ad *evolvendas sensus communis singulas notas*,
ceu totidem verae demonstrationis principia;
singula enim Patrum judicia de hac veritate
sunt totidem sensus communis TESTIMONIA:

b) Utevolutis ideis, sensus commu-
nis judicia componentibus, pateat *consensio
publica inter sensum communem, & rationem
distincte cogitantem*.

* Sensus communis naturae, & Demon-
stratio fere non differunt inter se, nisi uti dif-
ferunt Logica naturalis, & artificialis.

- 5) *Analysis utriusque Demonstrationis.* Il-
la a POSTERIORI supponit
a) Ex **ONTOLOGIA NOTIONEM** *en-
tis mutabilis, entis a se, entis ab alio, ordinis,*
PRINCIPIA de ratione *sufficientissima modifica-*

tionum, de impossibilitate numeri infiniti, & perfectione causarum perfectionem effectus præ continentium, de possibiliitate entis infiniti, & contradictione inter rationem ultimam, & effectum limitatam.

b) Ex COSMOLOGIA compositiorum, perfectionem, ordinem, naturam hujus mundi.

c) ex PSYCHOLOGIA experientiam intimam de triplici existendi modo animæ humanae, & ejusdem mutabilitate.

Demonstratio DEI a PRIORI, uti est simplicissima, ita unica notio completa Entis infiniti & rationis existentiae absolvitur.

6) CRISIS de argumentis popularibus.

§. 88.

II. Unitas DEI. 1. Cor. VIII. 4.

1) UNITAS DEI est primum principium de SS. Trinitate; unde omni diligentia illius completa DEMONSTRATIO inquirendæ.

2) UNITAS DEI sola ratione nonnisi a PRINCPIO INDISCERNIBILUM dirende cum cœdentialia inferri potest. Ex quo ipso absolutam necessitatem colligo, illud principium in Ontologia seu loco proprio adcurate stabilendi.

3) NOTIO IPSA UNITATIS componitur ex notionibus primis contradictionis, & distinctionis.

4) Principium ipsum est hoc: quæ distincta sunt, sibi mutuo contradicunt, & quæ sibi mutuo contradicunt, distincta sunt.

§. 89.

114 Cap. III. Nexus rectae

tionum, de impossibilitate numeri infiniti, de perfectione caussarum perfectionem effectus praेcontinentium, de possibilitate entis infiniti, de contradictione inter rationem ultimam, & essentiam limitatam.

b) Ex COSMOLOGIA *compositio-*
nem, perfectionem, ordinem, naturam hujus
mundi.

c) ex PSYCHOLOGIA *experientiam*
intimam de triplici existendi modo animae huma-
nae, & ejusdem mutabilitate.

Demonstratio DEI a PRIORI, uti est simplissima, ita *unica notio completa Entis infiniti, & rationis existentiae absolvitur.*

6) CRISIS de argumentis popularibus.

||

II. *Unitas DEI.* I. Cor. VIII. 4.

1) UNITAS DEI est primum principium de SS. Trinitate; unde omni diligentia illius completa DEMONSTRATIO inquirenda.

2) UNITAS DEI sola ratione nonnisi ex PRINCIPIO INDISCERNIBILIUM *directe cum evidentia* inferri potest. Ex quo ipso absolutam necessitatem colligo, illud principium in Ontologia ceu loco proprio adcurate stabiliendi.

3) NOTIO IPSA UNITATIS componitur ex notionibus primis *contradictionis, & distinctionis.*

4) Principium ipsum est hoc: *quae distincta sunt, sibi mutuo contradicunt, & quae sibi mutuo contradicunt, distincta sunt.*

§. 89.

III. Realitates perfectionum menti humanæ competentium Deo tribuenda sunt. Sap. XIII. 5. REALITATES perfectionum. Perfectiones rerum creatorum omnes sunt limitatae, aliquæ mere adparentes. Id quod in perfectione nec LIMES, nec ADPARENTIA est, REALITAS est.

2) Realitates MENTIS HUMANÆ. Hæc perfectiones totius mundi in se continet; unde si Deus perfectiones mentis humanæ continet, totius mundi perfectiones vere possidet. Porro perfectiones mentis humanæ evidente sensus intimi experientia innoscunt.

3) DEO INSUNT; principium enim efficientis eas perfectiones præcontinet, quarum in alio ratio sufficiens est.

4) Hæc adsertio partim ex Ontologia, partim ex Psychologia nota est, FUNDAMENTUM DIVINÆ ESSENTIÆ explicandi.

5) Nullam Spinozismi suspicionem in hoc principio intervenire iudeo patet, quod Deum a natura omnis is discernat, qui perfectiones deficietas a limitibus Deo, natura vero rerum finitarum perfectiones cum limitibus compositas tribuit; is vero præcise Deum cum natura confundat, qui

a) Substantiam cum ente a se confundat,

b) modor vere finitos DEO tribuat,

H 2

c) res-

§. 89.

III. *Realitates perfectionum menti humanae*

competentium Deo tribuenda sunt. Sap. XIII. 5.

REALITATES *perfectionum.* Perfectiones rerum creatarum omnes sunt *limitatae*, aliquae mere *adparentes*. Id quod in perfectione nec LIMES, nec ADPARENTIA est, REALITAS est.

2) Realitates MENTIS HUMANAЕ. Haec perfectiones totius mundi in se continet; unde si Deus perfectiones mentis humanae continet, totius mundi perfectiones vere possidet. Porro perfectiones mentis humanae evidente sensus intimi experientia innotescunt.

3) DEO INSUNT; principium enim efficiens eas perfectiones praicontinet, quarum in alio ratio sufficiens est.

4) Haec adsertio partim ex Ontologia, partim ex Psychologia nota est, FUNDAMENTUM divinae Essentiae explicandi.

5) *Nullam Spinozismi suspicionem* in hoc principio intervenire inde patet, quod Deum a natura omnis is discernat, qui perfectiones defaecatas a limitibus *Deo, naturae vero* rerum finitarum perfectiones cum limitibus compostas tribuit; is vero praecise Deum cum natura confundat, qui

a) *Substantiam cum ente a se* commisceat,

b) *modos* vere finitos *DEO* tribuat,

c) reali distinctionem inter infinitum, & finita neget,

§. 90.

IV. *Essentia DEI est cognitio directa veri a se diversi, & omnipotentia.*

i) Sicut Unitas DEI est principium de SS Trinitate, ita & ESSENTIA. Nam Unitati datur, non nisi in essentia dari potest. Ut de omnis demonstrationis rigor in evolvenda DEI essentia adhibendus: quia, quidquid in essentia DEI OBSCURUM relinquitur, in SS Trinitate multo jam OBSCURIUS adparet.

a) Nulla PASSIO in Deo concipi potest, multo minus ESSENTIALIS esse potest, seu nota PRIMA, primo loco concipienda.

b) Nulla ACTIO TRANSIENS pri
mum in DEO est.

c) COGNITIO sui IPSIUS primus in Deo itidem esse nequit.

d) ALIQUA Tamen ACTIO IMMATERIALIS ad essentiam DEI pertinet.

e) Actio immanens Dei essentiam constituens non EST VOLITIO; priorem enim se habet cognitionem:

f) Ergo est ALIQUA COGNITIO.

g) cognitio haec est INTUITUS OMNIS VERRI A SE DIVERSI.. Intuitus enim sui non est (c) primum.

h) co*

c) realem distinctionem inter infinitum , & finita neget.

§.90.

IV. *Essentia DEI est cognitio directa omnis veri a se diversi, & omnipotentia.*

1) Sicut Unitas DEI est principium de SS. Trinitate, ita & ESSENTIA. Nam Unitas, si datur, non nisi in essentia dari potest. Unde omnis demonstrationis rigor in evolvenda DEI essentia adhibendus: quia, quidquid in essentia DEI OBSCURUM relinquitur, in SS. Trinitate multo jam OBSCURIUS adparet.

a) Nulla PASSIO in Deo concipi potest, multo minus ESSENTIALIS esse potest, seu nota PRIMA, primo loco concipienda.

b) Nulla ACTIO TRANSIENS primum in DEO est.

c) COGNITIO SUI IPSIUS primum in Deo itidem esse nequit.

d) ALIQUA TAMEN ACTIO IMMATERIALIS ad essentiam DEI perinet.

e) Actio immanens Dei essentiam constituens non EST VOLITIO; priorem enim se habet cognitionem:

f) Ergo est ALIQUA COGNITIO.

g) cognitio haec est INTUITUS OMNIS VERI A SE DIVERS.. Intuitus enim sui non est (c) primum.

h) COGNITIO TAMEN sui accedit ne-
cessitate absoluta cognitioni directæ

i) ex cognitione sui reflexa nasci-
tur COMPLACENTIA IN SE IPSO, acquiescentia,
Beatus.

k) Hæc complacentia in se ipso
conjuncta est cum DESIDERIO, gaudium hoc com-
municandi creaturis rationalibus.

l) OMNIPOTENTIA est perfectio, ex
intellectu non consequitur, inest prima, per-
tinet ad ESSENTIAM DEI.

3) SUMMA Demonstrationis

a) ESSENTIA DEI est cognitio direc-
ta, & Omnipotentia infinita.

b) ATTRIBUTA DEI sunt cognitio
reflexa, & complacentia reflexa.

4) PRINCPIA Demonstrationis sunt iterum

a) partim *Ontologica*, uti notio de-
essentia, attributis, passione, actione trans-
iente, immanente,

b) partim *Psychologica*, uti universa
ECONOMIA operationum mentis humanæ, cog-
nitionis directæ, cognitionis reflexæ, Com-
placentiae, gaudii &c.

5) Dux ergo notæ in Deo primæ sunt In-
tellectus, Omnipotentia.

a) Unde quidquid a Deo originem
habet, seu actionis immanentis, seu transeun-
ti terminus est.

- h) COGNITIO TAMEN sui accedit necessitate absoluta cognitioni directae
 - i) ex cognitione sui reflexa nascitur **COMPLACENTIA IN SE IPSO**, *acquiescentia*,

 - k) Haec complacentia in se ipso conjuncta est cum DESIDERIO; gaudium hoc comunicandi creaturis rationalibus.
 - l) OMNIPOTENTIA est perfectio, ex intellectu non consequitur, inest prima, pertinere ad ESSENTIAM DEI.
- 3) SUMMA Demonstrationis
- a) ESSENIA DEI est cognitio directa, & Omnipotentia infinita.
 - b) ATTRIBUTA DEI sunt cognitio reflexa, & compiacientia reflexa.
- 4) PRINCIPIA Demonstrationis sunt iterum
- a) *partim Ontologica*, uti NOTIO de essentia, attributis, passione, actione transcunte, immanente,
 - b) *partim Psychologica*, uti universa OECONOMIA operationum mentis humanae, cognitionis directae, cognitionis reflexae, Complacentiae, gaudii &c.
- 5) Duae ergo notae in Deo primae sunt *Intellectus, Omnipotentia*.
- a) *Unde quidquid a Deo originem habet, seu actionis immanentis, seu transeuntis terminus est.*

b) Quidquid in *Deo origine posse inesse potest*, actionis immanentis terminus esse debet; effectus enim omnipotentiae *Deo inesse nequeunt*.

° Haec duæ reflexiones secundissimum continent principium ad figendum conceptum *Filii, & Spiritus Sancti.*

6) *En modo quasi scalam perfectionum justa legem continuitatis!*

a) Essentia elementi simplicis consistit in VI ACTIVA TRANSEUNTE, h. e. IN VI MOTRICE.

b) Essentia animæ brutorum VI ACTIVÆ TRANSEUNTI SUPERADDIT VIM COGITANDI CONFUSE.

c) Essentia animæ humanæ VI MOTRICE, & VI COGITANDI CONFUSE SUPERADDIT VIM DISTINCTE COGITANDI.

d) ESSENTIA SUBSTANTIÆ ANGELICÆ ut in Tract. seq. ostendetur, consistit IN VI MOTRICE VALIDIORI, ET VI COGITANDI ACUTIORI.

e) Essentia DEI est VIS PERFECTISSIMA AGENDI IMMANENTER, ET TRANSEUNTER. h. e., Spiritus infinite perfectus, & infinitus potens.

* Nunc velut a posteriori cum evidentia innotescit, in *Deo eminenter inesse omnes perfections finitorum*, quod supra (§. 89.) velut a priori ostendimus.

b) *Quidquid in Deo origine posterius inesse potest, actionis immanentis terminus effe debet; effectus enim omnipotentiae Deo inesse nequeunt.*

* Hae duea reflexiones faecundissimum continent principium ad figendum conceptum *Fili, & Spiritus Sancti.*

6) *En modo quasi scalam perfectionum juxta legem continuatis!*

a) Essentia elementi simplicis consistit in VI ACTIVA TRANSEUNTE, h. e. IN VI MOTRICE.

b) Essentia animae brutorum VI ACTIVAE TRANSEUNTI SUPPERADDIT vim COGITANDI CONFUSE.

c) Essentia animae humanae VI MOTRICI, & VI COGITANDI confuse superaddit vim DISTINCTE COGITANDI.

d) ESSENTIA SUBSTANTIAE ANGELICAE ut in Tract. seq. ostendetur, consistit IN VI MOTRICE VALIDIORE, ET VI COGITANDI ACUTIO-

e) Essentia DEI est VIS PERFECTIS-

SIMA AGENDI IMMANENTER , ET TRANSEUNTER. h. e., Spiritus infinite perfectus, & infinite potens.

* Nunc velut a posteriori cum evidentia innotescit, in *Deo eminenter inesse omnes perfectiones finitorum*, quod supra (§. 89.) velut a priori ostendimus.

§. 91.

V. Scientia DEI triplici diversitate gaudet.

1) Scientia DEI seu ESSENTIALE PRIMUM
scotum evolvenda.

2) OBJECTUM divinae Scientiae est omne VE-
RUM: hoc VERUM

a) vel est RATIO POSSIBILITAS TAN-
TUM,

b) VEL RATIO EXISTENTIAE PROXIMA
SIMIL, ET ULTIMA, h. e. completa

c) VEL RATIO EXISTENTIAE INCOM-
PLETA.

3) RATIO POSSIBILITATIS in finitis differt
a) a RATIONE EXISTENTIAE: haec
enim variabilis, illa invariabilis est.

b) Ratio existentiae COMPLETA dif-
fert ab INCOMPLETA, sicut etiam

c) differt a RATIO POSSIBILITA-
TIE,

o Possibile est UTRUMQUE, futurum ALTER-
UTRUM indeterminatum, FIT, vel non fit UNI-
CUM iam determinatum, v. g. utrum Adam li-
ber peccabit?

Utrumque possibile est PECCARE, non peccare,
alterutrum futurum est PECCATUM, vel non
peccatum,
unicum factum est PECCATUM.

4) Si differt objectum, differt INTUITUS
OBJECTI. Unde alia Scientia possibilium

Alia Scientia conditionate existentium

Alia Scientia absolute existentium.

§. 91

V. *Scientia DEI triplici diversitate gaudet.*

1) Scientia DEI ceu ESSENTIALE PRIMUM
serorsim evolvenda.

2) OBJECTUM divinae Scientiae est omne VE-
RUM: hoc VERUM
OC VERUM

TUM, a) vel est RATIO POSSIBILITAS TAN-

SIMUL b) VEL RATIO EXISTENTIAE PROXIMA
, ET ULTIMA, h. e. completa

PLETA. c) VEL RATIO EXISTENTIAE INCOM-

3) RATIO POSSIBILITATIS in finitis differt

a) a RATIONE EXISTENTIAE: haec
enim variabilis, illa invariabilis est.

b) Ratio existentiae COMPLETA dif-
fert ab INCOMPLETA, sicut etiam

c) differt a RATIONE POSSIBILITA-

* Possibile est UTRUMQUE, futurum ALTER-
UTRUM indeterminatum, FIT, vel non sit UNI-
CUM jam determinatum. v. g. utrum Adam li-
ber peccabit?

Utrumque / possibile est PECCARE, non peccare,
alterutrum / futurum est PECCATUM, vel non
/ peccatum,
unicum / factum est PECCATUM.

4) Si differt objectum, differt INTUITS
OBJECTI. Unde alia Scientia possibilium
Alia Scientia conditionate existentium
Alia Scientia absolute existentium.

5) Deo ante decretum mundi creandi prælucere DEBUIT SCIENTIA UTRAQUE PRIOR, salvare possit

- a) SAPIENTIA DEI,
- b) ZONITAS DEI.

• Ostensa ergo est diversitas
existentia
necessitas

triplicis scientiæ.

6) Qui negat triplicis scientiæ diversitatem PRINCIPIVM NOTIONIS SUFFICIENTIS, h. e. faciem omnem Ontologiam NEGET, necesse est, vel certe IGNORET.

§. 92.

VI. Omnipotentia divina, seu altera notio essentialis.

1) NOTIO COMPLETA. Omnipotentia di-

a) Vis completa: facultas enim incompleta negationem importat.

b) Pro suo beneplacito: Dominum enim in finita perfectius quid est, quam solus nexus necessarius.

c) Determinandi existentias ab infinitam; conditionata enim a potentia DEI independentis est.

d) Omnis finitorum: effectus actionis transcuntis nequit esse INFINITUS, res quia implicant dari duo infinita, tum quia pulsio in infinitum non cadit.

e) Quod

5) Deo ante decretum mundi creandi praelucere DEBUIT SCIENTIA UTRAQUE PRIOR, ut salvari possit.

- a) SAPIENTA DEI,
- b) BONITAS DEI.

* Ostensa ergo est *diversitas*

existentia

necessitas

triplicis scientiae.

6) Qui negat triplicis scientiae diversitatem, PRINCIPIUM NOTIONIS SUFFICIENTIS , h. e. feromnem Ontologiam NEGET, necesse est, vel certe IGNORET.



VI. *Omnipotentia divina , ceu altera nota essentialis.*

1) NOTIO COMPLETA. Omnipotentia est

a) *Vis completa:* facultas enim incompleta negationem importat.

b) *Pro suo beneplacito:* Dominium enim in finita perfectius quid est, quam solus nexus necessarius.

c) *Determinandi existentiam absolutam;* conditionata enim a potentia DEI independens est.

d) *Omnium finitorum :* effectus actionis transeuntis nequit esse INFINITUS, rum quia implicat dari duo infinita, tum quia passio in infinitum non cadit.

e) Quæ extra se possibilia; possibilia: quia impossibilia existentiae incapacia sunt. POSSIBILIA EXTRA SE; quæ enim possibilia in ipso Deo sunt, actione immanente producuntur.

f) Aut certis sub conditionibus futura intellectus infinitus cognoscit; ratio possibilis utique differt a ratione existentiae etiam incompleta;

g) Et eo modo, quo ea esse talia cognoscit. Alio cuim sub conceptu existere nequit res, quam sub quo est possibilis.

2) Fæcunditas notionis.

a) Omnipotentia potest omnes possibles MUNDOS producere.

b) Potest mundum abs omni malo Physico producere.

c) Potest patrare miracula.

d) Deus, ut ut omnipotens, SOLA SUA omnipotentia non potest efficere actum immutantem creaturarum, multo minus actum liberum: nisi hæ simul agant.

3) REGULA GENERALIS. Quidquid intrinsecam possibilitatem non habet, nec extrinsecus capax est. Seu: ea tantum, quæ, Et quantum possibilia sunt, ad omnipotentiam spellant.

§. 93.

VII. BENEVOLENTIA generalis, Et EFFICACIA
Voluntatis divinae antecedentis.

e) Quae extra se possibilia; POSSIBILIA: quia impossibilia existentiae incapacia sunt. POSSIBILIA EXTRA SE; quae enim possibilia in ipso Deo sunt, actione immanente producuntur.

f) *Aut certis sub conditionibus futura intellectus infinitus cognoscit; ratio possibilatis utique differt a ratione existentiae etiam incompleta*

g) *Et eo modo; quo ea esse talia cognoscit.* Alio enim sub conceptu *existere* nequit res, quam sub quo est *possibilis*.

2) *Faecunditas notionis.*

a) Omnipotentia potest omnes possibles MUNDOS producere.

b) Potest mundum abs omni malo Physico producere.

c) Potest patrare *miracula*.

d) Deus, ut ut omnipotens, SOLA SUA omnipotentia non potest efficere actum *immanentem* creaturarum, multo minus actum *liberum*: nisi hae simul agant.

3) REGULA GENERALIS. *Quidquid intrinsecam possibilitatem non habet, nec extrinsacae capax est.* Seu: *ea tantum, quae, & quatenus possibilia sunt, ad omnipotentiam spectant.*

VII. BENEVOLENTJA generalis, & EFFICACIA
Voluntatis divniae antecedentis.

1) Datur in Deo ADPETITUS INNATUS cōficiendi beatitatem maximam creaturarum; non
a) cognoscit POSSIBILEM intellectus,

- b) potest eam EFFICERE potentia,
- c) VELLE bonum est perfectio,
- d) abest OMNE MOTIVUM AUSTER-

RENS.

2) Iste appetitus innatus dirigitur tantum SCIENTIIS NECESSARIIS.

3) Voluntas INNATA (1), & scientiis necessariis DIRECTA (2) est VOLUNTAS ANTECEDENS,

- b) Voluntas UNIVERSALIS,
- c) Voluntas SERIA,
- d) Voluntas INVARIABILIS:

quia INFINITE PERFECTA.

4) Hæc voluntas antecedens benevolè expresa est in ipsis Scripturis (I. Tim. II. 1.); cuius textus universalitatem ratio manifeste comprobat.

a) *Paulus sic ratiocinatur*: Deus vult omnes salvos fieri; ergo pro omnibus orandum est.

b) Jam si Deus non omnes vellat salvos fieri sine exceptione, monitum orandi pro omnibus sine exceptione fundamento carceret.

c) Porro antecedens sic probat Apostolus. Deus est DEUS OMNIUM, ergo & MEDIATOR omnium. Sive: omnes habent unum Deum; ergo & unum mediatorem.

1) Datur in Deo ADPETITUS INNATUS efficiendi beatitatem maximam creaturarum; nam

a) cognoscit POSSIBILEM intelle-

ctu-

b) potest eam EFFICERE potentia,

c) VELLE bonum est perfectio,

d) abest OMNE MOTIVUM ABSTER-

RENS

2) Iste adpetitus innatus dirigitur tantum

SCIENTIIS NECESSARIIS.

3) Voluntas INNATA (1), & scientiis

necessariis DIRECTA (2) est VOLUNTAS ANTE-

CEDENS,

b) Voluntas UNIVERSALIS,

c) Voluntas SERIA,

d) Voluntas INVARIABILIS:

quia INFINITE PERFECTA.

4) *Haec voluntas antecedens benevolia ex-*

pressa est in ipsis Scripturis (I. Tim. II. 1.);

cujus textus universalitatem ratio manifeste com-
probat.

a) *Paulus sic ratiocinatur: Deus*

vult omnes salvos fieri; ergo pro omnibus
orandum est.

b) *Jam si Deus non omnes vellet*
salvos fieri sine exceptione, monitum orandi
pro omnibus sine exceptione fundamento careret.

c) *Porro antecedens sic probat Apo-*
stolus. Deus est DEUS OMNIUM, ergo & ME-
DIATOR omnium. Sive: omnes habent unum
Deum; ergo & unum mediatorem.

5) EFFICACIA voluntatis antecedentis.

a) Deus vult beatitatem MAXIMAM
creaturarum,

b) Beatitas maxima non acquiritur
nisi per MERITA MORALIA.

c) Merito morali, seu actui libero
repugnat NECESSITAS ANTECEDENS,

d) Necesitatem antecedentem im-
portat INTRINSECA VOLUNTATIS EFFICACIA
COMPLETA:

e) Ergo voluntas DEI antecedens
NON EST INTRINSECA COMPLETE EFFICAX, h. e.
non se sola summum bonum nobis sine nobis
confert.

f) Porro eadem dirigitur scien*tia*
necessariis, scientiae necessariae non exhibent
ipsum libertatis creatae usum seu contingentem.
Sine prævisione actuum liberorum NULLA OM-
NINO INTRINSECA VOLUNTATIS EFFICACIA EST,

Notiones beatitatis

libertatis

necessitatis

intrinsecæ efficaciorum.

Si distinctæ sunt, omne dubium tollunt.
Notionum autem distinctio non nisi rectæ Phi-
losophiæ usu obtinetur.

§. 94.

VIII. *Voluntas DEI consequens LIBERA.*

1) Notio voluntatis consequentis. Est ea,
qui variabiles præludent scientiam.

2) Li-

5) EFFICACIA voluntatis antecedentis.

a) Deus vult beatitatem MAXIMAM
creaturarum,

b) Beatitas maxima non acquiritur
nisi per MERITA MORALIA.

c) Merito morali, seu actui libero
repugnat NECESSITAS NTECEDENS,

d) Necessitatem antecedentem im-
portat INTRINSECA VOLUNTATIS EFFICACIA

e) Ergo voluntas DEI antecedens
NON EST INTRINSECE COMPLETE EFFICAX, h. e.
non *se sola* sumnum bonum nobis sine nobis
confert.

f) Porro eadem dirigitur scientiis
necessariis, scientiae necessariae non exhibent
ipsum libertatis creatae usum ceu contingentem.

Sine praevisione actuum liberorum NULLA OM-
NINO INTRINSECA VOLUNTATIS EFFICACIA EST.

* Notiones *beatitatis*

libertatis

necessitatis

intrinsecæ efficaciae.

Si distinctæ sunt, omne dubium tollunt.

Notionum autem distinctio non nisi rectæ Phi-
losophiae usu obtinetur.

§. 94.

III. *Voluntas DEI consequens LIBERA.*

1) *Notio voluntatis consequentis.* Est ea,
cui variabiles praeludent scientiae.

2) *Libertas.*

a) MOTIVA IMPELLENTEA ad mundum creandum sunt BEATITUDO consequens per bonum usum libertatis: ABSTERRENTIA sunt RUINA multorum aeternæ pereuntium, pro abusum libertatis oritura.

b) PROPORTIO inter hæc motiva. Benevolentia enim æque refugit a ruina creaturarum, sicut earum salutem desiderat.

c) MOTIVUM hunc mundum per alio creandi est SALUS COMMUNIS MAXIMA, hoc Systemate prævisa.

d) IMMUNITAS a necessitate antecedente. Nulla enim hujus mundi creandi necessitas oritur seu ab intellectu qui bonum, & malum ex æquo prævidet; seu a bonitate afferata, quæ sibi soli sufficientissima, mundus creatione nec augetur, nec minuitur: seu a beatitudine respectiva, quæ sibi in prævisa salutem complacet, & in ruina prævisa displaceat; seu ab Omnipotentia, cujus omne exercitium ab intellectu dirigitur, & a voluntate imperatur.

e) *Vis completa se ipsum ad alterum determinandi.* Secus Deus non electio ultima suæ electionis, sed vel MOTIVA vel FACULTAS. Atqui pugna motivorum tua proportione gaudientium (a.b.c.),

Immunitas a necessitate antecedente, (d)

Vis completa se ipsum determinandi, (e)
sunt tria essentialia LIBERTATIS.

* Quod

2) *Libertas.*

a) MOTIVA IMPELLENTIA ad mundum creandum sunt BEATITUDO consequenda per bonum usum libertatis: ABSTERRENTIA sunt RUINA multorum aeterne pereuntium, per abusum libertatis oritura.

b) PROPORTIO inter haec motiva
Benevolentia enim aequa refugit a ruina creaturarum, sicut erarum salutem desiderat.

c) MOTIVUM hunc mundum prae alio creandi est SALUS COMMUNIS MAXIMA in
hoc Systemate praevisa.

d) IMMUNITAS a necessitate antecedente. Nulla enim hujus mundi creandi necessitas oritur seu ab *intellectu qui bonum, & malum ex aequo* praevidet; seu a *bonitate absoluta*, quae sibi soli sufficientissima, mundi creatione nec augetur, nec minuitur: seu a *bonitate respectiva*, quae sibi in praevisa salute complacet, & in ruina praevisa displicet; seu ab *Omnipotentia*, cuius omne exercitium ab intellectu dirigitur, & a voluntate imperatur.

e) *Vis completa se ipsum ad alterum determinandi*. Secus Deus non esset. ratio ultima sua electionis, sed vel MOTIVA, vel FACULTAS. Atqui *pugna motivorum* mutua proportione gaudentium (a. b. c.),

Immunitas a necessitate antecedente, (d)

Vis completa se ipsum determinandi, (e)

sunt tria essentialia LIBERTATIS.

Quænam hæc temeritas, clamant modi-
ficii aduersarii: homo cæcus DEI libertatem
definit! At isthæc sincere qui dicat, viderit,
quantum inter sit, libertatis omnis essentialia
tum complete evolvere in metaphysica, ut enti
finito, & que ac infinito convenient. Sane is
ignorat EX LOGICA, quisnam usos definitionum
nominalium, EX ONTOLOGIA, quænam prin-
cipia ex ente contingente, & necessario deducan-
tur, EX PSYCHOLOGIA denique QUÆNAM NATU-
RA ACTUS LIBERI SIT unicæ GENUINA

§. 95.

IX. *Eadem DEI voluntas prædestinans.*

1.) Volitio consequens, efficax finis ultimi
~~PRÆDESTINATIO.~~

Volitio consequens, efficax mediorum est
~~PRÆDEFINITIO~~ meritorum.

2.) REALITAS hujus volitionis utriusque.
Volitio utraque

a) Est INFALLIBILITER EFFICAX,
ab certam previsionem.

b) SPECIALITER BENEVOLA erga
electos: quia eligit favere electis potius per de-
cretum mundi creandi, quam favere libertate
abusuris per decretum mundi non creandi.

c) IMMUTABILIS ob infinitudinem in-
tellectus, & voluntatis.

d) GRATUITA; prælucet enim scien-
tia variabilis de usu libertatis conditionate fu-
turo,

* Quaenam haec temeritas, clamant mode-
dissimi adversarii: homo cecus DEI libertatem

desinit! At isthaec sincere qui dicat, viderit,
quantum intersit, libertatis omnis essentialia
tam complete evolvere in metaphysica, ut enti
finito, aequa ac infinito convenient. Sane is
ignorat EX LOGICA, quisnam usus definitionum
nominalium, EX ONTOLOGIA, quaenam prin-
cipia ex ente contingente, & necessario deducan-
tur, EX PSYCHOLOGIA denique QUAENAM NATU-
RA ACTUS LIBERI SIT unice GENUINA

§. 95.

IX. *Eadem DEI voluntas praedestinans.*

1) Volitio consequens, efficax finis ultimi

est PRAEDESTINATIO.

Volitio consequens, efficax mediorum est
PRAEDEFINITIO meritorum.

2) REALITAS hujus volitionis utriusque.

Volitio utraque

a) Est INFALLIBILITER EFFICAX,
ob certam praevisionem.

b) SPECIALITER BENEVOLA erga
electos: quia eligit favere electis potius per de-
certum mundi creandi, quam favere libertate
abusuris per decretum mundi non creandi.

c) *Immutabilis* ob infinitudinem in-
tellectus, & voluntatis.

d) *Gratuita*; praelucet enim scien-
tia variabilis de usu libertatis conditionate fu-

turo. Atqui merita tantum conditionate pravisa non sunt vere CAUSA MORALIS, non sunt opposita conceptui gratia.

c) Decernens beatitudinem conferre non nisi BENE MERITURIS.

3) EFFECTUS hujus Volitionis sunt

a) Vocatio, ad merita moralia.

b) Justificatio, prædefinitio meriti.

c) Glorificatio, collatio præmii.

4) Ordo demonstrationis ex Scriptura.

a) GRATUITA est meritorum præ definitio: (Eph. I. 4.)

b) Unde fit ANTE MERITA absolute prævisa;

c) Et GRATUITA est etiam PRÆDESTINATIO.

d) Gloria adultis destinatur in PREMIUM meritorum (Matth. V. 12.)

5) DOGMATA CATHOLICA:

a) Prædefinitio meritorum GRATUITA.

b) Prædestinatio ad gloriam PREMIUM.

Unde haec duo expresse in scripturis continentur.

6) SENTENTIA CERTAE QUIDEM, sed non dogmaticæ

a) Ipsa prædestinatio est gratuita.

b) Fit ante merita absolute prævisa.

U.

turo. Atqui merita tantum conditionate praevisa non sunt vere CAUSA MORALIS, non sunt opposita conceptui *gratiae*.

e) *Decernens beatitudinem conferre nonnisi BENE MERITURIS.*

3) EFFECTUS hujus Volitionis sunt

- a) *Vocatio*, ad merita moralia,
- b) *Justificatio, praedefinitio meriti*
- c) *Glorificatio, collatio peraemii.*

4) *Ordo demonstrationis ex Scriptura.*

- a) GRATUITA est meritorum praedefinitio: (Eph. I. 4.)
- b) Unde sit ANTE MERITA *absolute praevisa;*

c) Et GRATUITA *est etiam PRAEDESTINATIO.*
d) Gloria adultis destinatur in PRAEMIUM meritorum (Matth. V. 12.)

5) DOGMATA CATHOLICA:

- a) Praedefinitio meritorum GRATUITA.

- b) Praedefinitio ad gloriam ceu PRAEMIUM.

* Unde haec duo expresse in scripturis continentur.

- 6) SENTENTIAE CERTAE QUIDEM, sed non dogmaticae
- a) Ipsa praedestinatio est *gratuita.*
 - b) Fit *ante merita absolute praevisa.*

Unde haec duo praece ex Scripturis ratione inferuntur, & seorsim sola ratione ostenduntur.

§. 96.

X. *Eadem DEI voluntas reprobans.*

1) *Permissio voluntaria jacluræ Beatitudinis, permisso voluntaria positivæ infelicitatis.*

2) **CAUSSÆ REPROBATIONIS.**

a) *Prævius libertatis abusus, impediens voluntatem benevolam antecedentem salvandi omnes.*

b) *Necessitas motivi prædictæ sufficiens ad bonum usum libertatis promovendum.*

c) *Justus favor erga electos.*

3) **SAPIENTIA, ET BONITAS DEI reprobandis.**

a) *Reprobatio non oritur a defectu BENEVOLENTIÆ, sed ab extrinseco, sicut LIBERTAS DEI.*

b) *Deus non reprobatur ex solo arbitrio, sed ex rationibus altissimis BONI COMMUNIS MAXIMI, quas dicit sapientia, bonitatem sancte attemperans.*

c) *PECCATUM ORIGINALE non est ratio completa reprobationis.*

d) *Deus est ÆQUE AMABILIS, dum ordinat electorum salutem, ac dum permittit infelicitatem reproborum*

4) **DIFFERENTIA reprobationis positivæ, & negativæ**

5) *Dt-*

Unde haec duo praecise ex Scripturis ratione inferuntur, & seorsim sola ratione ostenduntur.

§. 96.

X. *Eadem DEI voluntas reprobans.*

1) *Permissio voluntaria* jacturae Beatitudinis, *permissio voluntaria* positivae infelicitatis.

2) CAUSSAE REPROBATIONIS.

a) *Praevisus libertatis abusus, impediens voluntatem benevolam antecedentem salvandi omnes.*

b) *Necessitas motivi practice sufficientis ad bonum usum libertatis promovendum.*

c) *Justus favor erga electos.*

bantis. 3) SAPIENTIA, ET BONITAS DEI repro-

a) Reprobatio non oritur a defectu BENEVOLENTIAE, sed ab extrinseco, sicut LIBERTAS DEI.

b) Deus non reprobat ex solo arbitrio, sed *ex rationibus altissimis* BONI COMMUNIS MAXIMI, quas dictat sapientia, bonitatem sancte attemperans.

c) PECCATUM ORIGINALE non est ratio completa reprobationis.

d) Deus est AEQUE AMABILIS, dum ordinat electorum salutem, ac dum permittit infelicitatem *reproborum*

4) DIFFERENTIA reprobationis positivae,



5) *Decretum mundi creandi* est decretum *prædestinans*, *prædefiniens*, *reprobans*. *Eis* ex enim desiderium finis ultimi imperat *DESTINERIUM* efficax mediorum, & *PERMISSIONEM* eorum omnium, sine quibus nec finis obtineri, nec media applicari possunt.

6) Qui hæc adserit cum evidentia velit intelligere, *NECESSITATEM MORALEM AD MOLUM*, *IMMORALITATEM MENTIS HUMANÆ* naturalem, *BEATITUDINIS substantiam &c.*... probe perspectam habeat necesse est ex *Theologia Christiana Practica*, seu ex *Theologia naturali*.

§. 97.

XI. Cetera attributa divinæ essentiae.

1) *Sapientia, & Sanitas.*

- a) *NOTIO* utriusque perfectionis.
- b) *GRADUS* summus possibilis.
- c) *NEXUS* utriusque.

2) *Bonitas, misericordia, iustitia.*

A. *PROMITITUDO BENEVOLENTEM*¹⁷ *ALIENAM FELICITATEM PROMOVENDAM* est *bonitas respectiva*.

- a) *Præstituit finem optimum.*
- b) *Largitur media omnia*, prout dictat Sapientia.
- c) *Permittit mala nulla*, nisi que sunt media per accidens necessaria ad bonum majus consequendum.
- d) *Iur*

5) *Decretum mundi creandi est decretum praedestinans, praedefiniens, reprobans.* Efficax enim desiderium finis ultimi imperat DESIDERIUM efficax mediorum, & PERMISSIO-NEM eorum omnium, sine quibus nec finis obtineri, nec media adplicari possunt.

* Qui haec adserta cum evidentia velit intelligere, NECESSITATEM MORALEM AD MALUM, IMMORALITATEM MENTIS HUMANAE naturalem, BEATITUDINIS *substantiam* &c. ... probe perspectam habeat necesse est ex Theologia Christiana Practica, seu ex Theologia naturali.

§. 97.

XI. *Cetera attributa divniae essentiae.*

1) *Sapientia, & Sanctitas.*

- a) NOTIO utriusque perfectionis.
- b) GRADUS summus possibilis.
- c) NEXUS utriusque.

2) *Bonitas, misericordia, justitia.*

A. PROMTITUDO BENEVOLENTIAE AD ALIENAM FELICITATEM PROMOVENDAM est bonitas respectiva.

- a) Praestituit *finem optimum.*
- b) Largitur *media omnia*, prout dictat Sapientia.
- c) Permittit *mala nulla*, nisi quae sunt media per accidens necessaria ad bonum majus consequendum.

d) Intendit omnem bonum usum,
quem bona, & mala habere possunt.

B. *Promitudo benevolentiae ad impedien-*
da, & amolienda omnia mala aliena vere talia
est misericordia.

a) Eidem non obstat PERMISSIO MA-
LORUM ALIQUORUM, quae sunt necessaria ad bo-
num majus obtinendum.

b) Non nisi NECESSITATE ad malum
permittendum adigitur.

c) Summa FACILITATE fertur ad
omnia IMPEDIMENTA finis ultimi amolienda

d) Conjuncta est cum infinita
Patientia,
Longanimitate,
Mansuetudine,
Clementia.

C. *Promitudo benevolentiae, in mutua*
collusione boni communis cum privato commune
bonum preferendi, est JUSTITIA.

a) Est aequa amabilis, ac DEI bonitas.

b) Est REMUNERATRIX, dum beatit-
atem confert pro mensura meriti.

c) Vindex seu paterna,
seu judicialis.

d) LegisATRIX.

3) *Dominium DEI in creaturas*

a) COMPOSITUR ex libertate
ex omnipotentia
ex potestate morali.

Saler Nexus.

I b) RE-

d) Intendit *omnem bonum usum*,
quem bona, & mala habere possunt.

B. *Promitudo benevolentiae ad impedientia, & amolienda omnia mala aliena vere talia est misericordia.*

a) Eidem non obstat PERMISSIO MATORUM aliquorum, quae sunt necessaria ad bonum majus obtinendum.

b) Nonnisi NECESSITATE ad malum permitendum adigitur.

c) Summa FACILITATE fertur ad omnia IMPEDIMENTA finis ultimi amolienda

d) Conjuncta est cum infinita

Patientia,

Longanimitate,

Mansuetudine,

C. *Promitudo benevolentiae, in mutua collisione boni communis cum privato commune bonum praefferendi, est JUSTITIA.*

a) Est aeque amabilis, ac DEI *bonitas.*

b) Est REMUNERATIRIX, dum beatitudinem confert pro mensura meriti.

c) *Vindex seu paterna,*
seu judicialis.

d) *Legislatrix.*

3) *Dominium DEL in creaturas*

a) COMPONITUR ex libertate
ex omnipotentia
ex potestate morali.

b) REGULÆ pro exercitio Domini
sunt Sapientia
Sanctitas
Bonitas
Iustitia.

c) Dominium plenum in totum universum.

d) Dominium plenum in ~~actus~~
liberos infert jus disponendi de substantia libertatis, jus promovendi, & impediendi ~~alii~~
liberos per media moraliter sufficientia.

e) RATIONES SUFFICIENTES ~~leges~~
divinarum ex genuino Conceptu Dominii.

f) Cris de variis conceptibus Domini divini.

4) Providentia DEI.

A. CONCEPTUS Providentiae infinitus componitur

a) Ex finis excellentia, ad quem omnia disponit.

b) Ex aptitudine mediorum, quae applicat.

c) Ex Consilio sapientiae, cui sunt dispositiones conformatae.

d) Ex efficacia voluntatis divinae, qua mediorum cum fine conexio constans, & universalis dependentia obtinetur.

B. CONSERVATIO DIVINA

a) Omnibus substancialiis vires agenti, & dispositionem patiendi continua creatione tribuit:

b) Ut

130 *Cap. III. Nexus rectae*

b) REGULAE pro exercitio Dominii
sunt Sapientia

Sanctitas

Bonitas

Justitia.

c) Dominium PLENUM in totum uni-

versum.

d) Dominium plenum in ACTUS

LIBEROS infert jus disponendi de *substantia libertatis, jus promovendi, & impediendi actus liberos* per media moraliter sufficientia.

e) RATIONES SUFFICIENTES *legum divinarum* ex genuino Conceptu Dominii.

f) *Crisis* de variis conceptibus Dominii divini.

4) *Providentia DEI.*

A. CONCEPTUS Providentiae infinitae

componitur

a) *Ex finis excellentia*, ad quem
omnia disponit.

b) *Ex aptitudine mediorum*, quae
adPLICAT.

c) *Ex Consilio sapientiae*, cui suas
dispositiones conformat.

d) *Ex efficacia voluntatis divinae*,
qua mediorum cum fine connexio constans, &
universalis dependentia obtinetur.

B, CONSERVATIO DIVINA

a) Omnibus substantiis vires agendi, & dispositionem patiendi CONTINUA CREATIO tribuit:

b) Unde (Act. XVII. 28.) in ipso
vicius, mouensur, & sumus.

SUMUS. Ecce conservatio nostræ SUBSTAN-
TIÆ.

VIVIMUS. Ecce conservatio virium agendi IM-
MANENTER;

MOVEAMUS. Ecce conservatio dispositionum
PATIENDI;

* Considerandus hic usus philosophiae in
figendo Scripturæ sensu literali (§. 15.).

C. CONCURSUS DEI

a) Deus EVENTUUM MERE NATURA-
LIUM est ratio immediata, ultima completa,
principalis.

b) Deus est ACTUUM LIBERORUM
MOTORUM ratio principalis, immediata, partia-
lis ultima.

c) Deus est actuum LIBERORUM
MALORUM nunquam caussa moralis, nunquam
caussa per se, sed præcisa caussa physica per ac-
cidentem.

* Si cui isthæc obscura sunt, conceptus
suo in Ontologia de NEXU CAUSSARUM, earum
que DIVERSITATE ad gradum distinctionis ne-
cessarie elevare conetur.

5) Præsentia DEI, & Immensitas.

A. Notio præsentiaæ absolutissima.

a) COEXISTENTIA est prima, &
NEXUS est altera nota essentialis PRÆSENTIE,

b) Unde (Act. XVII. 28.) *in ipso*

vivimus, movemur, & sumus.

SUMUS. Ecce conservatio nostrae SUBSTAN-

THE

VIVIMUS. Ecce conservatio virium agendi IM-
MANENTER;

MOVEMUR. Ecce conservatio dispositionum
PATIENDI;

* Considerandus hic usus philosophiae in
figendo Scripturae sensu literali (§. 15.).

C. CONCURSUS DEI

a) Deus EVENTUUM MERE NATURA-
LIUM est ratio immediata, ultima completa,
principalis.

b) Deus est ACTUUM LIBERORUM
BONORUM ratio principalis, immediata, *partia-*
lis ultima.

c) Deus est actuum LIBERORUM
MALORUM nunquam *caussa moralis*, nunquam
caussa per se, sed praecisa caussa *physica per ac-*
cidens.

* Si cui isthaec obscura sunt, conceptus
suos in Ontologia de NEXU CAUSSARUM, earum-
que DIVERSITATE ad gradum distinctionis ne-
cessariae elevare conetur.

5) *Praesentia DEI, & Immensitas.*

A. *Notio praesentiae absolutissima.*

a) COEXISTENTIA est prima, &
est altera nota essentialis PRAESENTIAE.

- b) Est ergo A. præsens B. si & ^{ad} existant, & A. agat in B. seu vicissim.
- c) Unde PRÆSENTIA est coexistenterium nexus a priori, & posteriori secundum operatas intrinsecas.
- d) Præsentia LOCALIS est tantum Species præsentiae.
- e) Deus intellectu, voluntate, potentia omniibus creatis PRÆSENS est.
- f) Præsentia DEI LOCALIS non est.
- g) Præsentia omnis seu est mediata seu immediata. Divina est IMMEDIATA.
- h) PRÆSENTIA DEI est intima.
- Realitatem notionis ut quis sibi demonstratam sentiat; perecurrat in ONTOLOGIA omnes RELATIONES entium possibles, & intelliget, nullas convenire præsentie, nisi simul junctas & COEXISTENTIAM, & CONNEXIONEM. Porro non possum hic non committare commune quoddam præjudicium de conceptu PRÆSENTIE, sicut de conceptu ACTUS inter duo elementa. Sicut enim actionem corporum ex eo, quod plerique contactu physico agere invicem experiamur, sine contractu immediato impossibilem multi judicarunt ita longe plures existentiam in loco seu notam essentialiem præsentie statuerunt, eo ex capite, quod præsentiam corporum semper esse LOCALEM intelligent. At enim corrigit acumen Ontologicum, quæ obtusus sepe sensus coniungit.

- b) Est ergo A. praesens B. si & *coexistens*, & A. *agat* in B. seu vicissim.
- c) Unde PRAESENTIA est coexistens nexus a priori, & posteriori secundum notas intrinsecas.
 - d) Praesentia LOCALIS est tantum Species praesentiae.
 - e) Deus intellectu, voluntate, & potentia omnibus creatis PRAESENS est.
 - f) Praesentia DEI LOCALIS non est.
 - g) *Praesentia* omnis seu est mediata, seu immediata. Divina est IMMEDIATA.
 - h) PRAESENTIA DEI est intima.
- * Realitatem notionis ut quis sibi demonstrat sentiat; percurrat in ONTOLOGIA omnes RELATIONES entium possibles, & intellicet, nullas convenire praesentiae, nisi simul junctas & COEXISTENTIAM, & CONNEXIONEM. Porro non possum hic non commemorare commune quoddam praejudicium de conceptu PRAESENTIAE, sicut de conceptu ACTIONIS inter duo elementa. Sicut enim actionem corporum ex eo, quod pleraque contactu physico agere invicem experiamur, *sine contactu immediato* impossibilem multi judicarunt; ita longe plures *existentiam in loco* ceu notam essentialem praesentiae statuerunt, eo ex capite, quod praesentiam corporum semper esse LOCALLEM intelligent. At enim corrigit acumen Ontologicum, quae obtusus saepe sensus conjungit.

B. NOTIO IMMENSITATIS

a) Est facultas, qua Deus, si velit,
posset intime praesens esse omnibus.

b) CAUTELA hac in definitione est
observanda, ut Deo etiam tunc immensitas
conveniat, cum mundum non creavit, & con-
veniret, tisi nunquam creasset.

c) Deus est immensus per *essentiam*,

d) Omnis ejus effectio *immensa* est.

§. 98.

XII. *Regulae generales in omnibus, quæ de
Deo sermone, vel Scripto efferuntur, obser-
vanda.*

Regula I. Ita de Deo constanter sentien-
dum, ut in ordinatione bonorum, & malorum
permissione *aque amabilis*

aque sanctus

aque sapiens adpareat.

Hæc enim Triplex perfectio est RATIO
SUFFICIENS omnium eorum, quæ Deus seu
ordinat, seu permittit.

Regula II. Ut divina Sapientia, Bonitas, &
Sanctitas se sc in omnibus commendet, Deus
non ut Rector particularis, sed ut *Gubernator
universalis* considerandus est.

Regula III. Rector universalis nihil agit
nisi ex rationibus universalibus *boni communis*

B. NOTIO IMMENSITATIS

- a) Est facultas, qua Deus, si velit,
possit intime praesens esse omnibus.
- b) CAUTELA hac in definitione est
observanda, ut Deo etiam tunc immensitas
conveniat, cum mundum non creavit, & con-
veniret, etsi nunquam creasset.
- c) Deus est immensus *per essentiam*,
- d) Omnis ejus essentia *immensa est*.

§. 98.

XII. *Regulae generales in omnibus, quae de
Deo sermone, vel Scripto efferuntur, obser-
vandae.*

Regula I. Ita de Deo constanter sentien-
dum, ut in ordinatione bonorum, & malorum
permissione *aeque amabilis*
aeque sanctus
aeque sapiens adpareat.

Haec enim Triplex perfectio est RATIO
SUFFICIENS omnium eorum, quae Deus seu
ordinat, seu permittit.

Regula II. Ut divina Sapientia, Bonitas, &
Sanctitas se se in omnibus commendet, Deus
non ut Rector paricularis, sed ut *Gubernator
universalis* considerandus est.

Regula III. Rector universalis nihil agit
nisi ex rationibus universalibus *boni communis
maximi*.

Regula IV. Unde ipsa DEI Justitia, & ipsum DEI Dominium non esse aliud potest, ne aliter considerari, nisi suæ Bonitatis, Sapientiæ & Santitatis infinita perfeccio.

Unde jam a priori omnes illæ de divina Justitia, ejusque Dominio opiniones evidenter falsitatis confitæ sunt, quæ regimen Sapientissimum divinæ bonitatis in suspicionem crudelitatis, & despotismi adducunt. Deus, quoq[ue] ratio, revelatio, & Ecclesia mihi ostendit, DEUS BONUS. Alium qui sibi fingit, unde probet, non invenit.

ORDO perfectionum divinarum est HIC Aliquæ uti æternitas, immutabilitas, independentia &c. ex conceptu ENTIS A SE. Aliquæ præcise ex conceptu ENTIS INFINITI, ut Intellecdus, & Omnipotentia. Aliquæ immediatè eu attributa EX ESSENTIA DEI deducuntur.

RURSUS ALLÆ ad regimen HUJUS MUNDI pertinent, ut Providentia

*Præsentia
Justitia
Misericordia
Santitas
Sapientia
Bonitas &c.*

Aliæ sub conceptu proprio pertinent
*Vitam, & Beatitudinem ipsius DEI, ut
Vis se ipsum cognoscendi,
Cognitio reflexa sui,
Complacentia in se ipso.*

ART.

Regula IV. Unde ipsa DEI Justitia, & ipsum DEI Dominium non esse aliud potest, nec aliter considerari, *nisi suae Bonitatis, Sapientiae, & Sanctitatis infinita perfectio.*

* Unde jam a priori omnes illae de divina Justitia, ejusque Dominio opiniones evidenter falsitatis conflictae sunt, quae regimen Sapientissimum divinae bonitatis in suspicionem crudelitatis, & despotismi adducunt. Deus, quem ratio, revelatio, & Ecclesia mihi ostendit, est DEUS BONUS. Alium qui sibi fingit, unde probet, non invenit.

** ORDO perfectionum divinarum est HIC. Aliquae uti *aeternitas, immutabilitas, independentia &c.* ex conceptu ENTIS A SE. Aliquae praecise ex conceptu ENTIS INFINITI, ut *Intellectus, & Omnipotentia.* Aliquae immediate ceu attributa EX ESSENTIA DEI deducuntur. RURSUS ALIAE ad regimen HUJUS MUNDI pertinent, ut *Providentia*

*Praesentia
Justitia
Misericordia
Sanctitas
Sapientia,
Bonitas &c.*

Aliae sub conceptu proprio pertinent ad *Vitam, & Beatitudinem ipsius DEI,* ut

*Vis se ipsum cognoscendi,
Cognitio reflexa sui,
Complacentia in se ipso.*

ART. II.

TRACTATUS SPECIALIS II.

ANGELI.

§. 99.

Ordo, argumentum, & fontes hujus Tractatus. Tractatum de Deo immediate excipit tractatus de Angelis, non solum, quia NOBILISSIMUM DEI creantis opus sunt, sed vel maxime, quia illorum Creatio, merita, ac fortis aeternae decisio omnem vitæ humanae statum praecessit. EN ORDINEM. De Angelis ipsis scitu digna, & simul utilia non sunt, nisi eorum existentia, attributa essentialia, superioria viæ, & Termini, nexus cum mundo presente. Ecce ARGUMENTUM, ET DIVISIONEM. Primum, tertium, & quartum directe ex sola Scriptura, secundum partim ex Scriptura, partim ex genuina mentis humanæ notitia ostendendum. EN FONTES.

§. 100.

I. *Existunt Angelii, & sunt natura incorporei.*

I) ANGELI sunt

a) SPIRITUS (differunt ab elementis simplicibus, & brutis)

ART. II.

TRACTATUS SPECIALIS II.

ANGELI.

§. 99.

Ordo, argumentum, & fontes hujus Tractatus. Tractatum de Deo immediate excipit tractatus de Angelis, non solum, **QUIA NOBILISSIMUM DEI** creantis opus sunt, sed vel maxime, quia illorum Creatio, meritum, ac sortis aeternae decisio omnem vitae humanae statum praecessit. EN ORDINEM. De Angelis ipsis scitu digna, & simul utilia non sunt, nisi eorum *existentia, attributa essentialia, historia viae, & Termini, nexus cum mundo* praesente. Ecce ARGUMENTUM, ET DIVISIONEM. Primum, tertium, & quartum directe ex sola Scriptura, sedundum partim ex Scriptura, partim ex genuina mentis humanae notitia ostendendum. En FONTES.

§. 100.

I. *Existunt Angeli, & sunt natura incorporei.*

1) ANGELI sunt

a) SPIRITUS (differunt ab elementis simplicibus, & brutis)

b) MENTE HUMANA excellentior^{is}
(differunt ab animis humanis)

c) FINITI tamen, (differunt a Dcō)
* NOTIO determinata, nec abundans.

2.) EXISTUNT; dicuntur enim in Scripturis

a) NUNTIARE hominibus voluntatem DEI,

b) PECCASSE adversus Deum, punitos esse,

c) VIDERE Deum,

d) ADORARE Deum.

Atqui vox, nuntiatio, poena, visio adoratio DEI, Spiritibus solis propria est. Ergo SUNT SPIRITUS.

e) Cum porro DEUS sit ratio existentiae omnium a se distinctorum, CREATIB. h. c., FINITI sunt.

f) Dicuntur MAJORES hominibus (II. Petr. II. 11.) ergo existunt SPIRITU^S FINITI, EXCELLENTIORES humanis.

○ REALITAS notionis.

g) Existentia spirituum a mente humana DIVERSORUM CATHOLICUM dogmatis existentia Spirituum natura hominis EXCELENTOREM ex Scriptura saltem CERTUM est.

3.) SUNT INCORPOREL.

a) Spiri-

b) MENTE HUMANA excellentiores
(differunt ab animis humanis)

c) FINITI tamen, (differunt a Deo)

* NOTIO *determinata, nec abundans.*

2) EXISTUNT; dicuntur enim in Scripturis

a) NUNTIARE hominibus voluntatem DEI,

b) PECCASSE adversus Deum, &
punitos esse,

c) VIDERE Deum,

d) ADORARE Deum.

Atqui VOX, nuntiatio, poena, visio,
adoratio DEI, Spiritibus solis propria est. Ergo SUNT SPIRITUS.

e) Cum porro DEUS sit ratio existentiae omnium a se distinctorum, CREATI,
h. e., FINITI sunt.

f) Dicuntur MAJORES hominibus;
(II. Petr. II. 11.) ergo existunt SPIRITUS,
FINITI , EXCELLENTIORES humanis.

* REALITAS notionis.

g) *Existentia spirituum a mente humana* DIVERSORUM CATHOLICUM dogma,
existentia Spirituum natura hominis EXCELENTOREM ex Scriptura saltem CERTUM est.

3) SUNT INCORPOREI.

a) *Spiritus NATURA CORPOREUS*
est, qui quidem *SIMPLEX* est, sed *CORPORI*
unione Physicae conjunctus est.

* *Unio physica juxta Ontol.* §. 287. re-
quirit *substantias PLURES*,

SIMULTANAS,
INTER SE JUNCTAS,
NEXU IMMEDIATO, ET CONSTANTE
quoad notas VARIABILES.

b) *UNIO HÆC PHYSICA* in Angelis re-
pugnat Scripturæ, quæ Angelos, cœu proprio
Titulo *SPIRITUS* vocat, & opponit *CARNI,*
ET SANGUINI.

c) Nulla tamen hujus rei CERTI-
TUDO DOGMATICA.

§. 101.

Angeli II. vi motrice validiore, & acumine
intellectus majore antecellunt hominibus.

1) *Sunt SPIRITUS per seiores humanis.* At-
qui effentia Spiritus consistit in VI INTELLI-
GENDI, cuius nota princeps est *ACUMEN*.

2) *VIS MOTRIX VOLUNTARIA* itidem ad
effentiam Spiritus pertinet. Idem ex *ACTIO-*
BUS Angelorum Scriptura innuit.

3) *Principia Psychologica dextre adlicant*
in super evidens est

a) *Quod Angelis competit VOLUN-*
TIAS, cœu primum attributum intellectus

a) Spiritus NATURA CORPOREUS
est, qui quidem SIMPLEX est, sed CORPORI
unione Physica conjunctus est.

* Unio physica juxta Ontol. §. 287. re-
quirit substantias PLURES,
SIMULTANEAS,

INTER SE JUNCTAS,

NEXU IMMEDIATO , ET CONSTANTE
quoad notas VARIABILES.

b) UNIO HAEC PHYSICA in Angelis re-
pugnat Scripturae, quae Angelos, ceu proprio
Titulo SPIRITUS vocat, & opponit CARNI,
ET SANGUINI.

c) Nulla tamen hujus rei CERTI-
TUDO DOGMATICA.

§. 101.

*Angeli II. vi motrice validiore, & acumine
intellectus majore antecellunt hominibus.*

1) Sunt SPIRITUS perfectiores humanis. At-
ceptione de novo inculcatur.

Scilicet regula hermeneutices minime ne-
gligenda suaderet, ut, que *Scriptor* aliquis ob-
scure expressit, alterius *Scriptoris* expressione
analogia illustremus, sententiam vero legislato-
ris in alios sensus non deflectamus, quam qui a
legislatore intenti, & alio loco sunt etiam de-
clarati.

*erat insolubile; & a Christo in lege nova rur-
sus insolubile est declaratum.*

a) Legislator Matth. XIX. 3. con-
ceptis verbis denunciat:

I. *DEUM inde a principio mundi consti-
tuisse, ut vir stabiliter adhaereat uxori.*

II. *Moysen ob duritatem cordis permisisse
Judeis libellum repudii.*

III. *Etiam se velle, ut, quod DEUS con-
junxit, homo non separaret.*

b) *Paulus sententiam legislatoris
graphice inculcat Rom. VII. 2.& I. Cor. VII. 10.*

B. *Vi legis divinae a Christo latae ma-
trimonium consummatum ne quidem propter
adulterium conjugis dissolvi potest.*

a) Verba Christi apud Matth. XIX.
videntur quidem excipere casum adulterii,

b) Sed *eadem verba* a S.Luca relata
C. XVI. 18. omne dubium eximunt, & nullam
exceptionem patiuntur.

c) Denique Marc. X. 11. lex *Pha-
risaeis promulgata, discipulis clarissime sine ex-
ceptione de novo inculcatur.*

* *Scilicet regula hermenevtices minime ne-
gligenda suadet, ut, quae *Scriptor* aliquis ob-
scure expressit, alterius *Scriptoris* expressione
analogia illustremus, sententiam vero legislato-
ris in alios sensus non deflectamus, quam qui a
legislatore *intenti*, & alio loco sunt etiam de-*

C. Matrimonium in infidelitate contrarium, & consummatum non quidem solvit per conversionem alterius conjugis, potest tamen etiam quoad vinculum solvi per novas nuptias & fideli contractas, si infidelis conjux

a) Aut omnino non cohabitare fidelis conjugi velit;

b) Aut fidelis non sine injuria ceteroris,

c) Aut non sine periculo salutis possit.

I. Propositio sic limitata aperte docetur ab Apostolo I. Cor. VII. 10. seq.

II. Ratio hujus doctrinæ est; ne infideles ulla difficultate absterreantur a fide Christiana amplectenda.

o Hæc de matrimonio consummato. Num de non consummato.

D. Matrimonium, non consummatum, videtur ex parte etiam inter Christianos relatum in naturali solubilitate, ita, ut in certis casibus, quos adprobet Ecclesia, solvi possit. Nam

a) Matrimonium nondum consummatum olim quoad vinculum est direntum per votum virginitatis, accidente consensu Episcopij;

b) Et hodiecum dirimitur per solennem religionis professionem;

c) Denique etiam aliis ex gravibus causis solvi potest interveniente legitima auctoritate Ecclesiæ.

450 Cap. VI. Nexus retcae

C. Matrimonium in infidelitate contratum, & consummatum non quidem solvitur per conversionem alterius conjugis, potest tamen etiam quoad vinculum solvi per novas nuptias a fideli contractas, si infidelis conjux

a) Aut omnino non cohabitare fideli conjugi velit;

b) Aut fidelis non sine *injuria crea-*

c) Aut *non sine periculo salutis*

I. Propositio sic limitata *aperte docetur* ab Apostolo I. Cor. VII. 10. seq.

II. *Ratio* hujus doctrinae est; ne infideles ulla difficultate absterreantur a fide Christiana amplectenda.

* Haec de matrimonio consummato. Nunc de *non consummato*.

D. Matrimonium, non consummatum, videtur ex parte etiam inter Christianos relictum in naturali solubilitate, ita, ut in certis casibus, quos adprobet Ecclesia, solvi possit. Nam

a) Matrimonium nondum consummatum olim quoad vinculum est diremtum per votum virginitatis, accedente consensu Episcopi;

b) Et hodie dirimitur per solennem religionis professionem;

c) Denique etiam aliis ex gravibus caussis solvi potest interveniente legitima auctoritate Ecclesiae.

* Primum ex factis authenticis, duo posteriores ex usu Ecclesiae comprobantur.

E. *Christus polygamiam a Christianis penitus sustulit.*

a) *Christus Marc. X. 11. promulgavit adulterum*, qui aliam conjugem duxit, dimissa priore.

b) Atqui adulterii reus non esset, si polygania permitta foret.

* *Indissolubilitas matrimonii consummati fidei catholicae proxima, sublatio polygamia omnino dogmatica veritas est.*

§. 178.

II. *Contractus Matrimonii.*

1) *Status matrimonii*, de quo haec tenus, ex mutuo consensu maris, & feminæ exsilit, quo jas in corpus mutuo sibi tribuunt, & accipiunt ad procreandam prolem.

a) *Nexus obligationis conjugalis*, quo hic vir cum hac femina colligatur, nec lege divina, nec lege Principis, nec præcepto parentum oritur. *Libertas enim omnino relinquenda est in tali nexo contrahendo*, ad cuius officia opus est mutuo amoris affectu, & confessione animorum.

b) Ergo non nisi consensu personali determinari potest.

2) *Consensus maris, & feminæ*, ut vinculum conjugii inducat,

a) *Debet esse verus*; h.e. *internus, deliberatus,*

* Primum *ex factis authenticis*, duo posteriores *ex usu Ecclesiae* comprobantur.

E. *Christus polygamiam a Christianis penitus sustulit.*

a) *Christus Marc. X. 11. pronuntiavit adulterum*, qui aliam conjugem duxit, dimissa priore.

b) Atqui adulterii reus non esset, si *polygamia permissa foret.*

* *Indissolubilitas matrimonii consummati fidei catholicae proxima, sublatio polygamia omnino dogmatica veritas est.*

§. 178.

II. *Contractus Matrimonii.*

1) *Status matrimonii, de quo hactenus, ex mutuo consensu maris, & feminae existi, quo jus in corpus mutuo sibi tribuunt, & accipiunt ad procreandam prolem.*

a) *Nexus obligationis conjugalis*, quo hic vir cum hac femina colligatur, nec lege *divina*, nec lege *Principis*, nec pracepto parentum oritur. *Libertas enim omnino relinquenda est in tali nexus contrahendo, ad cuius officia opus est mutuo amoris affectu, & consensione animorum.*

b) Ergo nonnisi *consensu personali determinari potest.*

2) *Consensus maris, & foeminae, ut vinculum conjugii inducat,*

a) *Debet esse verus; h. e. internus, deliberatus,*

b) Signo externo sufficiente utrinque expressus;

c) Absolutus de vinculo matrimonii mox contrahendo; secus statum matrimonii non determinat.

d) Etiam per procuratores inter absentes manifestari potest, & acceptari.

3) Omnis determinatio, cuius oppositum requiritur seu ad effectum vinculi conjugalis, seu ad licentiam contractus, dicitur impedimentum matrimonii; dirimens vocatur, si effectum vinculi conjugalis impedit.

a) Impedimenta, quæ tum a lege Ecclesiastica, tum a lege civili oriuntur, aut ad honestatem contractus pertinent, ad Theologiam practicam, & Jus Canonicum sunt remittenda.

b) Itaque a Theologo Theoretico ex impedimenta potissimum pertractanda sunt, quæ effectum vinculi conjugalis ex natura rei impediunt.

c) Limites scientiarum figere uti necesse est ad ordinem inducendum, ita sine recta philosophia fieri omnino nequit.

4) Impedimenta, effectum vinculi conjugalis impedientia, versantur

a) Vel circa rationes possibiliteris,

b) Vel circa rationes existentias vinculi conjugalis.

c) Rationes existentiae vel sunt mediatae, vel immediatae.

- b) *Signo externo sufficiente utrinque expressus;*
- c) *Absolutus de vinculo matrimonii mox contrahendo ; secus statum marimonii non determinat.*
- d) *Etiam per procuratores inter absentes manifestari potest, & acceptari.*
- 3) *Omnis determinatio, cuius oppositum requiritur seu ad effectum vinculi conjugalis, seu ad licentiam contractus, dicitur impedimentum matrimonii; dirimens vocatur, si effectum vinculi conjugalis impedit.*
- a) *Impedimenta, quae tum a lege Ecclesiastica, tum a lege civili oriuntur, aut ad honestatem contractus pertinent, ad Theologiam practicam, & Jus Canonicum sunt remittenda.*
- b) *Itaque a Theologo Theoretico ea impedimenta potissimum pertractanda sunt, quae effectum vinculi conjugalis ex natura rei impediunt.*
- * *Limites scientiarum figere uti necesse est ad ordinem inducendum, ita sine recta philosophia fieri omnino nequit.*
- 4) *Impedimenta, effectum vinculi conjugalis impedientia, versantur*
- a) *Vel circa rationes possibilitatis,*
- b) *Vel circa rationes existentiae vinculi conjugalis.*
- c) *Rationes existentiae vel sunt mediatae, vel immediatae.*

5) *Impedimenta dirimentia*, quæ versantur circa rationes possibilitatis, & existentiae.

A. *Impotentia perpetua*, perficienda, ut ejunt, *copulæ*, *antecedens contrahendum*, dirimit matrimonium,

B. Partim ob *potentiam generandi*, partim ob *determinationem*; ad contraëstum enim validum matrimonii requiritur ea *ætas*, qua uterque coœjus & *potentia generandi*, & *usu rationis sufficiente* possit.

* Desunt *rationes possibilitatis*.

C. *Error contrahentis circa substantiam personæ invalidum reddit contrahendum matrimonii*. Importat enim defectum *consensus*, qui est ratio immediata existentiae contractus.

D. *Defectus consensus parentum non irritat matrimonium*. Nam

a) Neque tollit *consensum contrahentium*, ceu rationem immediatam,

b) Nec *facultatem physicam disponendi de usu corporum*, ceu rationem medianam vinculi conjugalis.

E. *Non valet contractus matrimonii*, quando potestate legitima Superioris erepta est subdito *facultas physica valide disponendi de usu corporis*.

* Deest ratio mediana vinculi conjugalis.

5) *Impedimenta dirimentia*, quae versantur circa rationes possibilitatis, & existentiae.

A. *Impotentia perpetua, perficiendae, ut ajunt, copulae, antecedens contractum, dirimit matrimonium,*

B. Partim ob *potentiam generandi, partim ob deliberationem ; ad contractum enim validum matrimonii requiritur ea aetas, qua uterque conjux & potentia generandi, & usu rationis sufficiente pollet.*

* Desunt *rationes possibilitatis.*

C. *Error contrahentis circa substantiam personae invalidum reddit contractum matrimonii. Importat enim defectum consensus, qui est ratio immediata existentiae contractus.*

D. *Defectus consensus parentum non irritat matrimonium. Nam*

a) *Neque tollit consensum contrahentium, ceu rationem immediatam,*

b) *Nec facultatem physicam disponendi de usu corporum, ceu rationem mediaticam vinculi conjugalis.*

E. *Non valet contrabus matrimonii, quando potestate legitima Superioris erepta est subdito facultas physica valide disponendi de usu corporis.*

* Deest ratio *mediata vinculi conjugalis.*

§. 179.

III. De Sacramento Matrimonii.

1) *Ipsæ status matrimonii consummati, inter fideles conjuges, nonnisi morte unius solubilis (tum virtute primævæ institutionis, tum novæ inflationis a Christo factæ) est signum sacram illius unionis, qua Christus Ecclesiæ suæ conjunctus est vinculo caritatis insolubili.* In Epistola enim ad Ephesios V. 22, seq. conceptis verbis docet Apostolus,

a) *Virum esse caput mulieris, sicut Christus Ecclesiæ,*

b) *Ecclesiam respectu Christi & mulierem respectu viri se habere, uti corporal ad caput,*

c) *Idcirco viros diligere debere uxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam,*

d) *Vicissim eo nomine uxores debere esse subiectas viris, sicut Ecclesia subiecta est Christo,*

e) *Exinde quoque esse obligationem nexus individuali inter virum, & uxorem, quam jam Adam divinitus cognovit,*

f) *Magnum esse mysterium, quod sub tam insolubili nexu conjugum latet;*

g) *Se autem illud declarare in Christo, & Ecclesia,*

^o *Quod ergo status matrimonii consummati sit aliquod Sacramentum, conceptis verbis*

§. 179.

III. De Sacramento Matrimonii.

1) *Ipse status matrimonii consummati, inter fideles conjuges, non nisi morte unius solubilis (tum virtute primcevae institutionis, tum novae instaurationis a Christo factae) est signum sacram illius unionis, qua Christus Ecclesiae suaem conjunctus est vinculo caritatis insolubili.* In

Epistola enim ad Ephesios V. 22. seq. conceptis verbis docet Apostolus,

a) *Virum esse caput mulieris, sicut Christus Ecclesiae,*

b) *Ecclesiam respectu Christi & mulierem respectu viri se habere, uti corpus ad caput,*

c) *Idcirco viros diligere debere uxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam,*

d) *Vicissim eo nomine uxores debere esse subjectas viris, sicut Ecclesia subjecta est Christo,*

e) *Exinde quoque esse obligationem nexus individui inter virum, & uxorem, quam jam Adam divinitus cognovit,*

f) *Magnum esse mysterium, quod sub tam insolubili nexus conjugum latet;*

g) *Se autem illud declarare in Christo, & Ecclesia,*

* *Quod ergo status matrimonii consummati sit aliquod Sacramentum, conceptis verbis*

in SS. Literis exprimitur; videndum porro, utrum etiam *practicum* quoddam Sacramentum existat,

2) *In conjugione matrimonii, qua sit in Ecclesia secundum institutionem Christi, intervenit Sacramentum practicum, quo conjugibus consertur gratia.*

a) SS. LITERÆ innuunt, in conjugione matrimonii intervenire sacramentum practicum. Si enim *status* matrimonii est signum unionis *stabilis* Christi cum Ecclesia: conjugatio prima matrimonii signum erit unionis primæ Christi cum Ecclesia per incarnationem. Jam vero ut huic signo debita perfectio subsit; sicut Christus non solum per assumptionem naturæ, sed maxime per charitatem, & gratiam cum Ecclesia coniunctus est: ita non solum conjugatio carnis per vinculum, sed & conjugatio Spiritus per gratiam in matrimonio Christiano intervenire debet.

b) RATIO id ipsum suadet. Redemptor enim summe benevolus, qui matrimonium unionis suæ cum Ecclesia symbolum, suamque caritatem erga Ecclesiam caritatis conjugalis exemplum esse voluit, etiam specialem gratiam conjugibus destinaverit, qua & unionem vinculi, & unionem caritatis arctissime conservent.

c) CONSENSIO omnium Ecclesiæ assertiōnēm plane DEMONSTRAT. Omnes enim Christianæ Ecclesiæ omni tempore credidere,

in SS. Literis exprimitur; videndum porro,
utrum etiam *practicum* quoddam Sacramentum
existat.

2) *In conjunctione matrimonii, quae fit in Ecclesia secundum instituitionem Christi, intervenit Sacramentum practicum , quo conjugibus confertur gratia.*

a) SS. LITERAE *innuunt*, in conjunctione matrimonii intervenire sacramentum practicum. Si enim *status* matrimonii est signum unionis *stabilis* Christi cum Ecclesia: conjunctio *prima* matrimonii signum erit unionis *primae* Christi cum Ecclesia per incarnationem. Jam vero ut signo debita perfectio subsit; sicut Christus non solum per assumptionem *naturae*, sed maxime per charitatem, & *gratiam* cum Ecclesia cunjugatas est: ita non solum conjunctio *carnis* per vinculum , sed & conjunctio *Spiritus* per *gratiam* in matrimonio Christiano intervenire debet.

b) RATIO id ipsum *suedet*. Redemtor enim summe benevolus, qui matrimonium *unionis sua* cum Ecclesia symbolum , suamque caritatem erga Ecclesiam *caritatis conjugalis* exemplum esse voluit, etiam specialem *gratiam* conjugibus destinaverit, qua & unionem vinculi, & unionem caritatis arctissime conservent.

c) CONSENSIO *omnium Ecclesiastium* assertionem plane DEMONSTRAT. Omnes enim Christianae Ecclesiae *omni tempore* credidere,

I. Matrimonia Christianorum ex præscripto
Apostoli coram ECCLESIE MINISTRIS cœ-
brari,

II. Et ab his RITU ALIQUO EXTERNO
sanctificari debere;

III. Nec nisi sic celebrata pro matrimonio
CHRISTIANIS simul, ac VERIS SACRAMEN-
TIS habenda esse, quibus SINGULARIS GRA-
TIA ad implenda matrimonii officia tribuere
tur.

° Vides, amice Lector, quam argumen-
tum ex Scripturis petitum SE SOLO non omni-
no convincens, novum robur a RATIONE, ul-
timum vero complementum ex uniformi Eccle-
siarum CONSENSIONE acquirat.

3) Itaque benedictio Sacerdotis, qua con-
tractui nubentium benedicit, ad essentiam Sacra-
menti pertinet. Aut enim ex sufficienti doc-
trina EXISTENTIA Sacramenti intelligi non
potest, aut ex eodem cum certitudine intelligi
tur, ESSENTIAM Sacramenti in benedictione
Sacerdotis consistere.

° Unde mirari satis non possum, Doctores
Catholicos, qui non ignorant, EXISTENTIAM
hujus Sacramenti ex SOLA traditione cum cer-
titudine comprobari posse, questionem de
MINISTRO sic resolvere, ut argumentum ei
traditione pro existentia allegatum penitissime
enervent.

4) Corollarium evidens (n. 3.) porro
ostenditur

a) Ei

I. Matrimonia Christianorum ex praescripto Apostoli coram ECCLESIAE MINISTRIS celebrari,

II. Et ab his RITU ALIQUO EXTERNO sanctificari debere;

III. Nec nisi sic celebrata pro matrimoniiis CHRISTIANIS simul, ac VERIS SACRAMENTIS habenda esse, quibus SINGULARIS GRATIA ad implenda matrimonii officia tribuuntur.

* Vides, amice Lector, quam argumentum ex Scripturis petitum SE SOLO non omnino convincens, novum robur a RATIONE, ultimum vero complementum ex uniformi Ecclesiarum CONSENSIONE acquirat.

3) Itaque *benedictio Sacerdotis, qua tractui nubentium benedit, ad essentiam Sacramenti pertinet*. Aut enim ex sufficienti documento EXISTENTIA Sacramenti intelligi non potest, aut ex eodem cum certitudine intelligitur, ESSENTIAM Sacramenti in benedictione Sacerdotis consistere.

* Unde mirari satis non possum, Doctores Catholicos, qui non ignorant, EXISTENTIAM hujus Sacramenti ex SOLA traditione cum certitudine comprobari posse, quaestionem de MINISTRO sic resolvere, ut argumentum ex traditione pro existentia allegatum penitissime enervent.

4) Corollarium evidens (n. 3.) porro ostenditur

a) *Ex natura CONTRACTUS matrimonii*; qui, Ecclesiae solenni acceptatione nondum consecratus, gratiam Sacramento propriam nec significat, nec confert. Nam

I. *Ex sua indole* cum ejusmodi significatu nullam similitudinem habet,

II. *Nec ex promissione Christi, nec ex attestacione Ecclesiae* habere intelligitur,

III. *Nec contrahentes intendunt se mutuo sanctificare,*

IV. *Nec credunt, contrafui suo id genus virtutem inesse.*

V. Denique *contractus externus*, nullo Ecclesiae ministro adprobante, nequidem matrimonium *Christianum*, in Ecclesia Christi suscepit, multo minus Sacramentum significat.

b) *Ex natura Sacramenti*; vis enim practica Sacramenti oritur tantum vel ex actionibus ipsius Christi, ut in Eucharistia, vel ex actionibus Christo MORALITER propriis, ut in reliquis Sacrementis. Atque actiones contrahentium, cum sint personalissimae, actiones Christo moraliter propriæ esse nequeunt.

c) *Ex natura ministerii*; generalis enim assertio Apostoli, sic NOS existimet homo, ut *ministros Christi, & dispensatores mysteriorum DEI* I. Cor. IV. 4. tamdiu in seniū proprio universim est acceptanda, donec EXCEPTIO circa Sacramentum matrimonii argumento quodam positivo probetur.

a) Ex natura CONTRACTUS matrimonii; qui, Ecclesiae solenni acceptatione non-dum consecratus, gratiam Sacramento propriam nec *significat*, nec *confert*. Nam

I. Ex *sua indole* cum ejusmodi significatu nullam similitudinem habet,

II. Nec ex *promissione* Christi, nec ex *attestatione* Ecclesiae habere intelligitur,

III. Nec contrahentes *intendunt* se mutuo sanctificare,

IV. Nec *credunt*, contractui suo id genus virtutem inesse.

V. Denique contractus *externus*, nullo Ecclesiae ministro adprobante , nequidem matrimonium *Christianum*, in Ecclesia Christi susceptum, multo minus Sacramentum significat.

b) Ex *natura Sacramenti*; vis enim practica Sacramenti oritur tantum vel ex actionibus ipsius Christi, uti in Eucharistia, vel ex actionibus Christo MORALITER propriis, uti in reliquis Sacrementis. Atqui actiones contrahentium, cum sint *personalissimae*, actiones Christo moraliter propriae esse nequeunt.

c) Ex *natura ministerii*; generalis enim assertio Apostoli, *sic NOS existimet homo , ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum DEI I. Cor. IV. 4.* tamdiu in seniu proprio universim est acceptanda, donec EXCEPTIO circa Sacramentum matrimonii arguemento quodam positivo probetur,

d) *Ex infirmitate argumentorum pro sententia opposita; quibus plenissima responsa dare in promptu est ab iis, qui*

I. *Contra dictum matrimonii separari a Sacramento posse intelligunt, nec ignorant,*

II. *Ratum matrimonium juxta usum juris canonici esse illud, quod, si fuerit consummatum, sit insolubile.*

5) *Potestas Ecclesiæ circa matrimonium.*

a) *Potestas Ecclesiæ legislatrix se extendit ad impedimenta etiam dirimentia, ex causis Spiritualibus, & ad promovendam salutem æternam constituenda. Sicut enim Princeps politicus vi paœti socialis potest ea statuere impedimenta, quæ salus publica civilis exigit, ita & Ecclesia vi potestatis a Christo acceptæ eas determinare conditiones poterit, sine quibus, ne contra dictus valeat, salus Spiritualis exigit.*

b) *Causæ matrimoniales, quæ se referunt ad salutem Spirituali animarum, spediant ad judices Ecclesiasticos: si enim agitur de jure vel divino, vel Ecclesiastico, declaratio authentica non nisi ad illum judicem pertinebit, qui vel leges ipse tulit, vel latus declarandi potestate pollet.*

° Limitanda fuit utraque assertio, ex causis Spiritualibus, ad salutem Spirituali animarum; ne limites potestatis politicae, & Ecclesiastice confundantur.

c) *Nec*

- d) Ex infirmitate argumentorum
pro sententia opposita ; quibus plenissima re-
sponsa dare in promtu est ab iis, qui
I. *Contractum matrimonii separari a Sa-
cramento posse intelligunt, nec ignorant,*
II. *Ratum matrimonium juxta usum juris
canonici esse illud, quod, si fuerit consummatum.
sit insolubile.*

5) *Potestas Ecclesiae circa matrimonium.*

- a) Potestas Ecclesiae legislatrix se
extendit ad *impedimenta etiam dirimentia*, ex
caussis Spiritualibus, & ad promorendam salu-
tem aeternam constituenda. Sicut enim Prin-
ceps politicus vi pacti socialis potest ea statuer
impedimenta, quae salus publica civilis exigit,
ita & Ecclesia vi potestatis a Christo acceptae
eas determinare conditiones poterit, sine qui-
bus, ne contractus valeat, salus Spiritualis exigit.
b) *Caussae matrimoniales, quae se
referunt ad salutem Spiritualem animarum,
spectant ad judices Ecclesiasticos:* si enim agi-
tur de jure vel *divino*, vel *Ecclesiastico*, decla-
ratio authentica nonnisi ad illum judicem per-
tinebit, qui vel Ieges ipse *tulit*, vel latas *decla-
randi* potestate pollet.
* Limitanda fuit utraque assertio , *ex caus-
sis Spiritualibus, ad salutem Spiritualem ani-
marum;* ne limites potestatis politicae, & Eccle-
siasticae confundantur.

c) Nec potestas Ecclesiæ legislatrix (a), nec judicialis (b), obstat, quo minus matrimonium Catholici cum Acatholico, sub Sacerdotali benedictione initum, si fiat cum dispensatione debita legis Ecclesiastice, aut ordinaria permissione, sit verum Sacramentum practicum, prout scilicet conjux ex parte sua capax est.

§. 180.

Corollaria ex dictis tñto hoc Tractatu.

1) *Sacra menta, quæ Christus instituit, septem sunt, nec plura, nec pauciora.* Dogm. Cath.

a) Septem instituta esse, SS. Literæ, & traditio probant.

b) Aliud quoddam ultra septem esse institutum, nec traditio, nec SS. Literæ probant.

2) *Substantiam Sacramentorum omnium Christus ipse per se immediate instituit, cum*

a) Voluit, ut Apostoli gratiam conferrent,

b) Et Signo aliquo sensibili conferrent.

c) Multa tamen circa adjuncta Sacramentorum Ecclesiæ rectoribus determinanda reliquit.

3) *Effectus Sacramentis omnibus communis est gratia sanctificans, diversa in singulis;*

a) In

c) Nec potestas Ecclesiae legislatrix
(a), nec *judicialis* (b), obstat, *quo minus matrimonium Catholici cum Acatholico, sub Sacerdotali benedictione initum*, si fiat cum dispensatione debita legis Ecclesiasticae, aut ordinaria permissione, *sit verum Sacmentum practicum*, prout scilicet coniux ex parte sua capax est.

§. 180.

Corollaria ex dictis toto hoc Tractatu.

1) *Sacmenta, quae Christus instituit, septem sunt, nec plura, nec pauciora.* Dogm.
Cath.

a) Septem instituta esse, SS. Literae, & traditio probant.

b) Aliud quoddam ultra septem esse wfiiitutuinstitutum, nec traditio, nec SS. Literae probabant,

2) *Substantiam Sacmentorum omnium Christus ipse per se immediate instituit, cum*

a) Voluit, ut Apostoli gratiam conferrent,

b) Et Signo aliquo sensibili conferrent.

c) Multa tamen circa adjuncta Sacmentorum Ecclesiae rectoribus determinanda reliquit.

3) *Effectus Sacmentis omnibus communis est gratia sanctificans, diversa in singulis;*

- a) In baptismate gratia sanctificans prima, constitutus substantiam vitæ Spiritus S̄tis;
- b) In confirmatione praesentia specialis Spiritus Sancti ad conferendum vigorem, & robur fidei;
- c) In Eucharistia gratia nutriendis, & augens vitam spiritualem;
- d) In Sacramento pœnitentiae gratia sanctificans, vitam spiritualem peccato amissam restituens;
- e) In extrema unctione gratia absurgens reliquias peccati, & confirmans ad agnem ultimum, conferens etiam interdum salutem corporis, si saluti animæ expediatur;
- f) In ordinatione potestas fungendi ministerio Christi, & gratia rite implendi hoc ministerium.
- g) In Sacramento matrimonii gratia perdurans ad implenda officia status conjugalis.
- * Et itaque gratia Sacramentis propria nisi benevolentia divina, omnipotentiam stabiliter applicans ad danda auxilia, quæ TUM VITÆ SPIRITALI consequendæ (a), augendæ (c), ac recuperandæ (d), tum CERTIS OFFICIIS EXEQUENDIS, uti fidei defendendæ (b), luctæ extremæ fortiter sustinendæ (e), ministerio Christi rite implendo (f), denique procreandæ, ac educandæ proli (g) necessaria sunt.
- 4) Sacramentis novæ legis inest vis propria, hos ipsis effectus producendi.

a) Vis

- a) In baptismate *gratia sanctificans prima*, constituens *substantiam vitae Spirituatis*;
 - b) In confirmatione *praesentia spe-cialis Spiritus Sancti* ad conferendum vigorenn & robur fidei;
 - c) In Eucharistia *gratia nutriendis*, & augens vitam spiritualem ;
 - d) In Sacramento poenitentiae *gratia sanctificans*, vitam spiritualem peccato amissam restituens ;
 - e) In extrema unctione *gratia ab-stergens reliquias peccati*, & confirmans ad agonen ultimum , conferens etiam interdum salutem corporis, si saluti animae expediatur:
 - f) In ordinatione *potestas fungendi ministerio Christi*, & *gratia rite implendi hoc ministerium.*
 - g) In Sacramento matrimonii *gratia perdurans ad implenda officia status conjugalis.*
* Est itaque gratia Sacramentis propria nil nisi *benevolentia divina* , omnipotentiam stabili-ter adiplicans ad danda auxilia, quae TUM VI-TAE SPIRITALI consequendae (a) , augendae (c), ac recuperandae (d), tum CERTIS OFFICIIS EXEQUENDIS, uti fidei defendendae (b), luctae extremae fortiter sustinendae (e), ministerio Christi rite implendo (f), denique pro-creandae, ac educandae proli (g) necessaria sunt.
- 4) *Sacramentis novae legis inest vis propria, hos ipsos effectus producendi.*

a) *Vis propria*; verba enim institutionis aliquam *energiam* Sacramentis tribuunt.

b) *Vis moralis*; excepta enim Eucharistia Sacraenta non sunt nisi *actiones Christi moraliter propriæ*, quæ a *ministris Christi* positæ, Deum Patrem ad conferendas gratias mouent. Namque

I. Omnis actio ministri vim habet, quam Princeps eam habere vult, & quam haberet, si ab ipso Principe poneretur.

II. Atqui ministri Sacramentorum expresso mandato Christi DEPUTATI sunt ad Sacramenta conficienda, idemque voluit, ut SUO NOMINE ponerentur actiones sacramentales, & PLENAM VIM haberent ad effectus producendos.

* Notione MINISTRI, & actionis moraliter deputanti PROPRIÆ carere illum oportet, cui isthæc evidentiæ non sunt. Quidni risum deinceps moveat, qui serio interroget, num Sacraenta gratiam cauissent physice?

5) Baptismus determinat jura, & obligaciones subditorum Ecclesiæ, confirmatione consummationem Christiani, ac veluti pubertatem quandam spiritualem in profitenda fide Jesu Christi, ordo vero tribuit gradum slabilem potestatis sacrae in conficiendis Sacramentis.

a) Hi effectus a gratia sanctificante sunt diversi;

b) Etiam amissa gratia sanctificante, manent perpetui;

c) Gra-

- a) *Vis propria; verba enim institutionis aliquam energiam Sacramentis tribuunt.*
- b) *Vis moralis; excepta enini Eucharistia Sacraenta non sunt nisi actiones Christo moraliter propriae, quae a ministris Christi positae, Deum Patrem ad conferendas gratias movent.* Namque

I. Omnis actio ministri vim habet, quam Princeps eam *habere vult*, & quam haberet, si ab ipso Principe poneretur.

II. Atqui ministri Sacramentorum expresso mandato Christi DEPUTATI sunt ad Sacraenta conficienda, idemque voluit, ut SUO NOMINE ponerentur actiones sacramentales, & PLENAM VIM haberent ad effectus producendos,

* Notione MINISTRI , & actionis *moraliter deputanti PROPRIAЕ carere illum oportet, cui isthaec evidentiа non sunt. Quidni risum deinceps moveat, qui serio interroget, num Sacra-menta gratiam caussent physice?*

5) Baptismus determinat *jura, & obligatiōnes subditorum Ecclesiae , confirmatio consummationem Christiani, ac veluti pubertatem quamdam spiritualem in profitenda fide Iesu Christi, ordo vero tribuit gradum stabilem potestatis sacrae in conficiendis Sacramentis.*

a) Hi effectus a gratia sanctificante

sunt brevis
b) Etiam amissa gratia sanctificante, manent perpetui;

c) *Gratia vero Sanctificans recuperari potest, ac debet Sacramentis penitentiae, & Eucharistiae.*

d) Itaque hi effectus sunt RATIO SUFFICIENS, cur baptismus, confirmatio, ordo iterari nequeant.

e) Haec ratio sufficiens est verus quidam Character, quem Sacraenta animæ imprimunt.

f) Character itaque, quem Sacraenta relinquunt, est summa omnium iurium emolumenterum, potestatis, obligationis, quorum existentia in recipiente vi institutionis dividæ determinatur.

6) Requiritur ad valorem Sacramenti, ut minister intentionem formalem saltem externam habeat. Dogm. Cath.

a) Actiones etiam specie externa mere profane, scenicæ, ironicæ, nec actiones Christo moraliter propriæ, nec mysteria DEI a Christi Ministris dispensata ESSE, nec pro talibus HABERI in Ecclesia possunt.

b) Ergo requiritur, ut saltem ad hanc EXTERNA SPECIES intentionis, et si interna intentio defit.

o) Nec plus, nec minus circa intentionem a Tridentino est definitum.

c) POTUIT Christus sic instituere Sacraenta, ut vellet esse VALIDA, si modo ministrentur cum intentione formalí saltem externa, & etiam mere externa. Sunt enim actiones publicæ, nomine alieno, ad bonum commune a minoribus

c) *Gratia vero Sanctificans recuperari potest, ac debet Sacramentis poenitentiae, & Eucharistiae.*

d) *Itaque hi effectus sunt RATIO*

SUFFICIENS, cur baptismus, confirmatio,ordo iterari nequeant.

e) *Haec ratio sufficiens est verus quidam Character, quem Sacraenta animae imprimunt.*

f) *Character itaque , quem Sacraenta relinquunt, est summa omnium jurium, emolumenterum , potestatis, obligationis, quo rum existentia in recipiente vi institutionis divinae determinatur.*

6) *Requiritur ad valorem Sacramenti, ut minister intentionem formalem saltem externam habeat. Dogm. Cath.*

a) *Actiones etiam specie externa mere prosanae , scenicae, ironicae, nec actiones Christo moraliter propriae, nec mysteria DEI a Christi Ministris dispensata ESSE, nec pro talibus HABERI in Ecclesia possunt.*

b) *Ergo requiritur, ut saltem adsit EXTERNA SPECIES intentionis, etsi interna intentio desit.*

* *Nec plus, nec minus circa intentionem a Tridentino est definitum,*

c) *POTUIT Christus sic instituere Sacramenta, ut vellet esse VALIDA , si modo administrarentur cum intentione formali saltem externa, & etiam mere externa. Sunt enim actiones publicae, nomine alieno, ad bonum commune a mi-*

ministris deputatis ponendæ. Atqui ut actiones politicae ministrorum, judicium, legatorum, validæ sint, nil nisi externa aliqua intentio requiritur, ut adpareat, eas serio poni: ergo eadem per se sufficit in actionibus sacris nomine Christi peragendis.

d) SECURITAS SALUTIS exigere videtur talem institutionem a Christo faciendam.

e) Nequit argumento solido probari, ad valorem Sacramentorum requiri in ministro intentionem internam. Sed simul.

f) Nequit sufficienti, & positivo argumento probari, eam non requiri.

g) Itaque Alexander VIII recte damnavit propositionem vigesimam octavam tanquam temerariam, scandalosam, & male sonantem. Nam

I. Afferere aliquid in re summi momenti, quod probari positive nequit, temeritatis est.

II. Ipsa assertio piorum hominum aures certe offendit, tanquam nova, & pristinis opinioribus contraria.

III. Nec quidquam prodest, nisi forte ad negligentias, ad inhonorationes Sacramentorum multiplicandas.

?) Sacraenta, quæ vel omnino nunquam, vel latrem manente eodem statu nequeunt iterari; si sine fructu ob peccati praesentis obicem sunt suscepta, submoto obice quoad fructum reviviscere est sapientissima præsumptio de infinita DEI, ac Christi misericordia.

8) Ad

nistris deputatis ponendae. Atqui ut actiones politicae ministrorum, judicum , legatorum , validae sint, nil nisi externa aliqua intentio requiritur, ut adpareat, eas serio poni: ergo eadem per se sufficit irt actionibus sacris nomine Christi peragendis.

d) **SECURITAS SALUTIS** exigere videtur talem institutionem a Christo faciendam.

e) *Nequit argumenta solidō probari,* ad valorem Sacmentorum requiri in ministro intentionem internam. Sed simul

f) *Nequit sufficienti, & positivo argumento probari,* eam non requiri.

g) Itaque Alexander VIII recte damat propositionem vigesimam actavam tanquam temerariam , scandalosam, & male sonantem. Nam

I. Afferere aliquid in re summi momenti, quod probari positive nequit, *temeritatis* est.

II. Ipsa assertio *piorum* hominum aures certe offendit, tanquam *nova*, & pristinis opinibibus *contraria*.

III. Nec quidquami prodest, nisi forte ad *negligentias, ad inhonorationes Sacmentorum* multiplicandas.

7) **Sacmenta**, quae vel omnino nunquam, vel saltem manente eodem statu nequeunt iterari; si sine fructu ob peccati praesentis obicem sunt suscepta, *submoto obice* quoad fructum reviviscere *est sapientissima praesumptio* de infinita DEI, ac Christi misericordia. ,

8) Ad valorem Sacramenti requiritur ^{ad}
subiectio

- a) Capacitas substantialis;
 - b) Intentio, ut aijunt, habitualis in
adultis;
 - c) Non item vera fides.
-

A P P E N D I X.

De Sacramentis Ecclesiasticis.

§. 181.

Principia adæquata dijudicandi ceremoniarum Ecclesiasticarum.

1) Ceremoniae religiosæ ab Ecclesia institutæ sunt Sacra menta Ecclesiastica,

a) Vel *Theoretica*, si rem sacram tantum significant, ac in memoriam revocant.

b) Vel *prædicta*, si vel quendam potestatem stabilem conferant, vel gratiam quendam divinam im petrent.

2) Regulæ generales pro theoreticis Sacra mentis.

A. Ut SAPIENTER instituta sint;

a) Veritatem aliquam,

b) Eamque utilem significare debent, ac in memoriam revocare.

B. Eo utiliora sunt, quo

a) Mæ

- 8) Ad valorem Sacramenti requiritur in subiecto
- a) *Capacitas substantialis;*
 - b) *Intentio, ut ajunt, habitualis in adultis;*
 - c) Non item *vera fides.*

APPENDIX.

De Sacrementis Ecclesiasticis.

§. 181.

Principia adaequata dijudicandi ceremonias Ecclesiasticas.

- 1) *Ceremoniae religiosae ab Ecclesia instituta sunt Sacraenta Ecclesiastica,*
 - a) *Vel Theoretica, si rem sacram tantum significant, ac in memoriam revocant.*
 - b) *Vel practica, si vel quamdam potestatem stabilem conferant, vel gratiam quamdam divinam impetrent.*
 - 2) *Regulae generales pro theoreticis Sacra-mentis.*
- A. Ut SAPIENTER instituta sint;
- a) *Veritatem aliquam ,*
 - b) *Eamque utillem significare de-bent, ac in memoriam revocare.*
- B. Eo utiliora sunt, quo

a) Majoris momenti est *veritas*, quam significant,

b) Et quo *magis apta* sunt ad eandem significandam.

C. Vana sunt, & insipienter instituta censeri debent, si

a) Aut *FALSUM* aliquid significant,

b) Aut veritatem pro religione mere *INDIFFERENTEM*,

c) Aut *IMMODERATIORE* studio urgentur,

d) Aut *MAJORI numero* instituuntur;

e) Aut si signa ad veritatem significandam sunt *PARUM IDONEA*,

f) Aut infirmis omnino *OFFENDICULO* futura.

3) *Regulae generales pro Sacramentis Ecclesiasticis practicis.*

A. Sacraenta practica, quæ potestatem conferunt, debent

a) Versari circa *POTESTATEM*, de qua disponere potest Ecclesia,

b) *EFFICACIAE* satis habere ad eam potestatem significandam;

c) *ADMINISTRARI* per eos, quorum id officium est.

B. Sacraenta practica, quæ gratiam conferunt, debent

a) Majoris momenti est *veritas*,
quam significant,

b) Et quo *magis apta* sunt ad ean-
dem significandam.

C. Vana sunt, & insipienter instituta
censeri debent, si

a) Aut FALSUM aliquid significant,

b) Aut veritatem pro religione mere
INDIFFERENTEM.

c) Aut IMMODERATIORE studio

!

d) Aut MAJORI *numero* instituun-
tur;

e) Aut si signa ad veritatem signi-
ficandam sint PARUM IDONEA,

f) Aut infirmis omnino OFFENDI-
CULO futura.

3) *Regulae generales pro Sacramentis Eccle-
siasticis practicis.*

A. Sacraenta practica, quae potesta-
tem conferunt, debent

a) Verfari circa POTESSTATEM , de
qua disponere potest Ecclesia,

b) EFFICACIAE satis habere ad eam
potestatem significandam;

c) ADMINISTRARI per eos, quo-
rum id officium est.

B. Sacraenta practica , quae gratiam
conferunt, debent

a) EO FINE esse instituta, ut proprier
utentibus gratiam conferant,

b) AC VIM MORALEM impetranda
gratiae habere ex DEPRECATIONE, AC MERITIS
universalis Ecclesiae.

c) Cum Sacramentis practicis, ab uni-
versali Ecclesia consecratis, comparari nequeunt
OMNES ILLAE CEREMONIAE; que SACRORUM
COETUUM privato nomine instituta commen-
dantur.

4) *Adplicantî has regulas ad disciplinam*
Ecclesiae Catholice patebit,

a) Que universalis Ecclesiae usu con-
siderantur, honestas, & utilitas esse ceremonias,

b) Ex iis vero, quæ auctoritate pri-
vata Monachorum commendantur, aliquas aut
non satis idoneas ad veritatis studium promo-
vendum, aut numero, & immoderatiore usu re-
ligionis substantia officere; cum animum ab ef-
fentia religionis ad superficiem traducant, &
insanibus diverticulis distrahabant.



EMEN


- a) EO FINE esse instituta, ut pie utentibus gratiam conferant,
 - b) Ac VIM MORALEM impetrandae gratiae habere ex DEPRECATIONE, AC MERITIS universalis Ecclesiae.
 - c) Cum Sacramentis practicis, ab universalis Ecclesia consecratis, comparari nequeunt OMNES ILLAE CEREMONIAE; quae SACRORUM COETUUM privato nomine instituta commendantur.
- 4) *Adplicantis has regulas ad disciplinam Ecclesiae Catholicae patebit,*
- a) Quae universalis Ecclesiae usu consecrantur, *honestas, & utiles esse* ceremonias,
 - b) Ex iis vero, quae auctoritate privata Monachorum commendantur, aliquas aut *non satis idoneas ad veritatis studium promovendum*. aut *numero, & immoderatione usu religionis substantiae officere*; cum animum ab essentia religionis ad superficiem traducant, & inanibus diverticulis distrahanter.


E M E N D A T A.

8 p. 14 l. Acatholici — 29 p. 19 l. ipsa —
34 p. 10 l. incompletis — 39 p. 18 l.
scripturarum — 53 p. 24 l. spontanee —
63 p. ult. l. Episcopos — 83 p. 19 l. me-
taphoricus — 105 p. ult. l. ab Ecclesia do-
ceri — 114 p. 13 l. notione — 115 p.
18 l. explicandæ — 119 p. 6 l. possibili-
tatis — 120 p. 10 l. rationis — 122 p.
9 l. necessariis — 124 p. 25 l. ratio —
125 p. 1 l. modestissimi — 131 p. 16 l.
præcise — 143 p. 19 l. ne hilo — 177 p.
ult. l. item — 188. p. 17 l. sufficiens est
— 194 p. 14 l. aeterno — 197 p. 26. l.
salutares — 204 p. 4 l. ontologicum —
232 p. 10 l. differt — 256 p. 25 l. comple-
batur — 258 p. 5 l. altero — 276 p. 17 l.
assumpta — 280 p. 7 l. cognatæ — 285 p.
1 l. conceptum. 3 l. generatum — 298 p.
6 l. qua religionis — 320 p. ult. l. Chri-
stus, qui — 327 p. 13 l. tam exaltatio —
334 p. 6 l. beatitati — 343 p. ult. l. Scrip-
turæ — 373 p. 13 l. literali — 381 p.
2 l. in signo — 399 p. 6 l. ratio —
408 p. 1 l. si verba —

EMENDATA.

8 p. 14 I. Acatholici — 29 p. 19 I. ipsa —
34 p. 10. I. incompletis - 39 p. 18 I.
scripturarum — 53 p. 24 I. spontanee —
63 p. ult. I. Episcopos — 83 p. 19 I. me-
taphoricus — 105 p. ult. I. ab Ecclesia do
ceri — 114 p. 13 I. notione — 115 p.
18 I. explicandae - 119 p. 6 I. possibili-
tatis — 120 p. 10 I. rationis — 122 p.
9 I. necessariis — 124 p. 25 I. ratio —
125 p. 1 I. modestissimi — 131 p. 16 I.
praecliffe — 143 p. 19 I. ne hilo — 177 p.
ult. I. item — 188. p. 17 I. sufficiens est
- 194 p. 14 I. aeterno — 197 p. 26. I.
salutares — 204 p. 4 I. ontologicum —
232 p. 10 I. differt — 256 p. 25 I. comple-
batur — 258 p. 5 l. altero — 276 p. 17 I.
assumta — 280 p. 7 I. cognatae — 285 p.
1 I. conceptum. 3 I. generatum — 298 p.
6 I. qua religionis — 320 p. ult. I. Chri-
stus, qui — 327 p. 13 I. tam exaltatio —
334 p. 6 I. beatitati — 343 p. ult. I. Scrip-
turae — 373 p. 13 I. literali 381 p.
2 I. in figno — 399 p. 6 I. ratio —
408 p. I. siverba —













Philos. cum Theol. Christ. &c. 431
providentia consiliis, sacrarum literarum testi-
moniis, ac quotidiana experientia optime con-
cordat?

§. 172.

VII. *Satisfactionis a penitentibus praeflans*
theoria.

1) *Principia certa*, quibus notio satisfa-
ctionis stabilitur,

A. Pertinet ad officium faci judicis im-
perfeccae penitentibus penam paternam impo-
nere, qua

a) Tum a *relapsu* abflerrentur,
b) Tum *idoneum* remedium adver-
sus relapsum in promptu habeant,

Scilicet & *correctionis*, & medicinae pre-
servativae rationem habere convenit.


B. *Ipsa tamen tolerantia ejusmodi* paenae
non est necessaria conditio, ut abolutionem
sacramentalis recipient. Nam

a) *Imperfetto penitentia* non im-
pedit remissionem paene aeternae.

b) Ergo gratia *santissimae restitui*
potest, licet pena temporalis nec remissa, nec
soluta sit.

Unde *prae sumptio imperfectorum* penitentie
& periculum *relapsus* sunt ratio sufficiens pen-
tente confessis imponi solite.

C. Pa-



Philof. cum TheoL Chrift. &c. 43 t

^ videntia confiliis, faciarum literarum teſbi-
^ o»rr/, ac quotidiana experientia optime con-

§. 172.

, VII. Satisfactiwiis a penitentibm prceflan*
® theoria.

. I) Principia certa, quibus notio fatisFac«
l°nis ftabilitur.

A. Pertinet ad officium faeri judicis im«
r tiefta penitentibus paenatn paternam impo-

a) Tum a relapfu abſerreantur,

^ b) Tum idoneum remedium adver«
^ telapfum in prömtu habeant.

j. v Scilicet & correffionis, & medkince prse-
efvaticis rationem habere convenit.

B. Ipfa tarnen tolerantia ejusmodi paence
j>n eū neceffaria conditio , ut ablutionem
acranientalem recipient. Nam

a) Imperfeffio penitentice non im«
redit remiffionem pcente aeterne.

b) Ergo gratia fanStißcam reftitui
t ijcet pogQa temporalis nec remifia, nec

^ " Unde prcefumto imperfeffice penitentiae,
^ Ptficulum relapbus funt ratio sufficiens pce«
* Patern» conFeflis imponi iblitea.